1° Item statutum, et ordinatum est quod non sit aliqua persona terrae Maleschi que audeat nec presumat ludere, nec.... ad taxillos nec ad cartas in terra Maleschi nec iu aliqua parte totius dominii dicte terrae Maloschi. Ad alios vero ludos possint ipsi vicini ludere usque ad quantitatem de solido uno et dimidio imperiale pro qualibet vice, et non ultra, et ipsos gaudendos. Et illo die uon possint nec valeant amplius ludere donec et quousque gavisi, ot comesti fuerint dicti solidum unum et dimidium imperiales. Et hoc sub pena de solidis V. imporialibus pro quolibet contrafaciente, et pro qualibet vice. Salvo quod Antonius dictus Besana, Bertolinus filius domini Micaelis, et Romerius domini Micaelis possint ludere et..... ad taxillos et ad cartas, et ad alios ludos ad eorum voluntates sine aliqua condamnatione quae proveniat comuni Maleschi.

2° Item statutum et ordinatum est quod non sit aliqua persona mascula sive foemiua, quo audeat nec presumat maxinare nec maxinari facere vel follari facere nec non pistare vel pistari facere super toto territorio vel dominio terrae Maleschi in diebus festivis praeceptis ab Ecclesia. Et hoc sub poena pro quolibet contrafacieute, et pro quolibet festo de solidis duo imperialibus. Et pro quolibet festo praecepto a Consulibus solidum I. imperiale. Et hoc pro quolibet vico, et ita pro ut servetur.

3o Item statutum et ordinatum est quod quaelibot persona cujusvis conditionis sit que laborat seu laborari faciet diebus sabbati post vesperos coudamnetur seu pignoretur in soldo uno cum dimidio pro quo

libet die, et pro quolibet persona, et molinarii qui reperiantur maxinare in diebus sabbati ut supra puniantur in solido uno pro quolibet die.

4° Item statutum et ordinatum est quod quando moritur aliquis de vicini tam de masculis, quam de feminis tam parvus quam magnus quilibet vicinus, videlicet uno pro foco qui non sit minor annorum XV. tonoatur et obligatum sit associari cadaver talis defuncti ad Ecclesiam, et ibi permanere donec sepultum fuerit cadaver talis defuncti. Et hoc sub pena soldorum trium imperialium pro quolibet qui non interfuerit ad sociandum ad ecclesiam corpora defuncta.

DOCUMENTO N.° 2.

Ordini del Comune di Crana in Valle di Vigezzo dell'anno 1289
(la pergamena originale è possoduta dall'autore).

In nomine Domini amen. A nativitatis ejusdem millesimo ducentosimo octuagosimo nono. Indictione secunda. Die Dominico decimo nono exeuntis febbruarii. In loco de Crana presentibus Francino notario de Canobio, et Bergonzino filio quondam homo dei rubei de portano do monte cristexio, et Jacobus filius quondam Arditicis de juxta villam de loco Toxeno testibus. Ubi Consules et vicini isti loci de Crana aderant congregati ad tabulam pulsatam more solito. In primis Homodeus filius quondam Bergonzii et Jacobus filius Alberti de Clauso consules isti loci de Crana. Et cum eis in primis Homodeus filius quondam Jacobi Andree, et Jacobus filius quondam Redulfi Jacobi Andree, et Jacobus et Androas fratres filii quondam dicti Bergonzii, et Jacobus et Andreas fratres filii quondam Bonifatii, et Demoldeus filius Vallarii de Salario, et Domoldeus filius quondam Alberti Augustii, et Jacobus filius predicti Vallarii, et Guillelmus et Demoldeus fratres filii quondam Rodulfi de Salario, et Petrus filius quondam Jacobi Vallarii de perbellando, et Jacobus filius quondam Guillelmi notarii erodini de loco Cravezia habitatoris isti loci do Crana, et Otto filius quondam Johannis de ramoxino, et Homodeus filius quondam Demoldei de Augustii, et Ardicio filius quondam Nicole de Augustis. Qui consules et vicini simul omnes concordes statuerunt et ordinaverunt infrascripta ordinamenta, et statuta. In primis statuerunt et ordinave-

runt quod nulla persona habitatrix isti loci de Crana nec aliunde ducere debeat nec duci facere aliquam bestiam grossam nec minutam nec carnes, nec pelles alicui manicii, nec aliquam pinguedinem super locum, et territorium dicti loci de Crana. Et qui contravenerit compouat dicto comuni de Crana pro pena et banno solidos decem imperialos qualibis vice qua repertus fuerit incedisse. Et item qui contravenerit et conduxerit, et tenuerit eas bestias seu bestiam super dictum territorium pro uno die, vel nocte et componat pro banno et pena soldos X. Imporiales pro qualibet die vel nocte, et si in dicto territorio moraverit ultra diem unam vel noctem tunc dicti Consules et vicini teneantur et debeant eas bestias seu bestiam extra dictum territorium expellere. Et si aliquis vicinus recusaret et nollet ire ad dictam expulsionem solvat, et compouat dicto Comuni pro banno et pena soldos quinque imperiales: etiam si non iverit, et comparuerit ad collectionem istorum viciuorum pulsata tabula ac de causa. Quam penam statutum et ordinamentum fuit impositum et ordinatum supor illis qui emerint illas bestias seu bestiam et pinguedinem extra Valom Vigetii sine plena parabola, et auctoritate consulum et viciuorum isti loci de Crana.

Item isti consules, et vicini statuerunt et ordinaverunt quod si aliqua persona loci isti vel aliunde venderet vinum seu tabernam teneret in dicto loco et ojus territorio solvat et componat pro pena et banno dicto comuni de Crana soldos quinque imperiales qualibet vice qua reperta fuerit vinum dedisse, et hoc sine parabula, et auctoritate dictorum consulum.

Item statuerunt et ordinaverunt quod quelibet persona dicti loci de Crana inventa seu reperta bibere in dicta taberna solvat et componat dicto comuni pro pena et banno soldos imperiales XI. qualibet vice.

Item statuerunt, et ordinaverunt quod ex illis soldis imperialibus habeant imporiales XX. dictum comune, imperiales XX. consules, et imperiales XX. accusator seu accusatores.

Item statuerunt, et ordinaverunt quod illa persona in cui Domo fuerit taborna solvat, et componat dicto comuni pro pena et banno solidos quinque imporiales sic ut supra disponendos.

Ego Andreas Notarius de Crana hanc cartam tradidi et scribi feceram a notario infrascripto.

Ego Franciscus notarius filius Girardi Lauzio de Burgo Canobii hanc cartam rogatus suprascripti Androe Notarii de Crana scripsi.

DOCUMENTO N.° 3.

Altri ordini del 1200 tratti da vecchie pergamene.

1° Statuerunt et ordinaverunt quod non sit aliqua persona vicina existens in dicto loco de Crana et comune cujusvis sit conditionis que audeat vel presumat facere fraternitatem nec unionem cum aliqua alia persona forense nec sumat sibi filium nec filios adoptivum vel adoptivos sine voluntate et consensu, et interrogatione predicti comunis, et hominum et singularum personarum predicti loci de Crana: salvo si fuerit pro persona, et homine habente valorem ducatorum centum auri. Et hoc intelligitur per personam vel personas non habentem vel habentes filios nec filias sub pena amissionis, et perditionis vicinantiae et indignationis dicti comunis, et hominum de Crana. Et si quis de Ceto hoc attentare presumpserit ipso jure intelligatur eos esse privatos a dicta vicinantia nec recipiam aliis vicinis cum eorum bestiis in alpe, nec recipere de emolumentis dicti comunis dumodo fecerit contra voluntatem et consensum, et interrogationem predicti comunis.

2° Item statuerunt et ordinaverunt quod si de ceto esset aliqua persona que vellet stare et habitare in dicto loco vel territorio de Crana per aliquod tempus quod in illo tempore quo habitaverit in dicta Crana et loco quod non habeat nec habere debeat de emolumentis et introitis dicte comunis.

3° Item statuerunt et ordinaverunt concorditer ut et quod omnes compusture hactenus facte et ordinate pro dicto ceto debeant attendi observari sub poena in dictis composturis contenta.

4° Item statuerunt et ordinaverunt ac confirmaverunt pro ut de ceto solitum est quod si esset aliqua persona ex dictis vicinis habens filias feminas, et non filios masculos possit et valeat libere constituere una ex dictis filiis sibi heredem et successorem omnium suorum bonorum in eadem domo successione et hereditate accipere maritum, et sibi jugalom, et utrique ipsorum jugalium possit manutenere fodrum, locum elemoxinam et hereditatem, in ipsa heroditate, et in domo ipsius

talis et teuere composturas ac habere de emolumentis dicte comuuis sicut aiii vicini Crane.

DOCUMENTO N.° 4.

Statuti della Curia di Mattarella

In nomiue Sanctae et individuae Trinitatis Patris, et Filii, et Spiritus Sancti. Amen. Ad honorem et reverentiam Omuipotentis Dei, et almae suae geuitricis gloriosae semper Virginis Mariae, sub cujus protectione unaquaeq; Civitas et Terra gubernatur, et totius Curiae Caelestis, ad magnificentiam Sacrosanctae Romauae Ecclesiae, et Sacri Romaul Imperii, ad exaltationem, et gloriam Illustris, et Excelsi Domini Domini Ludovici Mariae Sfortiae Vicecomitis Mortarii, et Pandini Comitis, ac Vallis Ossulae, et Curiae Mattareilae Domini, et ejus haeredum per lineam masculinam desceudentium, boui, et pacifici status dicti Illustris Domiui Domini nostri, et dictae Vallis Ossuiae, et Curiae Matarellae observationem.

INCIPIT PROEMIUM.

Deo auctore antiqua Vallis Ossulae, et Curiae Mattarellae gloriosae Virgiuis Dei Matris, et Beatorum Sanctorum Gervasii, et Protasii nomiuibus dedicata, et Beati Sancti Ambrosii Doctoris almi Sacrosauctae Romanae Ecclesiae meritis reparata, ut reipublicae perseveraudo foret augustata, et sibi subditos felicibus actibus locupletes faceret ad apicem montis justitiae meritis oculos elevavit, et per illum tramitem pacem quaerens meruit sibi populum traditum iu statu pacifico diutius gubernare, studeus etiam summopere parata in perpetuum tranquillitate potiri, vivendi reguiam, morumq; doctrinam, et correctionis necessariae disciplinam sub justae legis ordine limitavit. Quia Dei timore praemisso vitae houestate sequente jus suum unicuique tribuendo virtutum praemiis justos extollat, et poenarum formidine reprimat transgressores Et quia nihii studiosius esse debet, quam novae legis fructuosa editio, quae humanis defectibus, et naturalibus vitiis cum ratione medetur: conata est toties novas edere leges, quoties novas formas, humana procedente natura novis remediis indigebat. Jam qui-

dem exinde talis, et tanta injuriositas legum superflua, et similia, ut in se ipsis contraria continuos creaverat, quod duris multiplicatis erroribus, et variis confusionibus subsecutis, vix cogebantur Causidici, jurisq; ministri pro obscura judiciorum evaginata in periculosa Palatinorum labentes mendacia, ex quibus persaepe jus fallitur, et veritas recta semita deviare, et quod lamentabilius, et quod importabilius credebatur, visa est quasi sola in deserto solio sedens diu luxisse justitia, cultrae propria loca inculta respiciens super excrescente vitiorum gravamina offuscata. Ne igitur de caetero exinde virtutis oppressio sive morum corruptio unde vitiorum exterminatio, ac vitae separatim correctio nasci posset. Sacro approbata consilio saluberrime lege jubemus de tanta amara profunditate librorum, resecatis superfluis similibus, et contrariis prorsus ejectis, et ambiguis ad terminos optatos enucleatum est dulce compendium, et clarum, ac breve volumen compilatum. Quod tandem prudentum virorum Dominorum, videlicet nomina quorum electorum haec sunt. Pro Degania Domi, et Rippariae D. Andreas fil. qu. D. Jacobi de Baceno, et D. Antoniolus fil. qu. D. Jo. Ambrosii de Canova, pro Degania Diverii, et Crevolae D. Georgius fil. qu. alterius Georgii de la Cresta de Diverio, et D. Perinus fil. qu Joannini de Exigo habitator Crevolae, pro Degania Bugnanchi, et Antronae D. Modinus fil. qu. Francisci de Pastilis de Montescheno, et D Joannes fil. qu. Jacobi Peteroni de Avagna, pro Degania Montischrestixii D. Joannes fil. qu. D. Gasparis Garbellotti de Montechristixio, auctoritate Consilii dicti operis revisorum liberato, et consulto commissum examen maturo praecedente consilio tamquam perfecte compositum digne meruit approbari. Hoc igitur opus exiguum claritate lustratum latentes, et amplos thesauros aperiens tamquam Dominus de sursum Patre pervenientes placida manu, et claro vultu, ac sincera mente unusquisque suspiciat. Et maxime Reipublicae Praesides, ut optimi fiant Ministri justitiae, per cujus regulas aperta via rectitudinis, et veritatis cognitione dilucida refrenatis obnoxiis, jurgiorumque propulsa materia respirent a controversiis cum levi dispendio litigantes, et dictae praecisae virtutis juribus referatis ardue scelerum succedente vindicta, quae Patris dulcedinem secum ducat cunctis possit esse solatium. Cum de tanta legum, et de egena librorum multitudine novae compilationis opulentissima brevitate repleti efficiantur ditissimi,

et legis virtute florentes, et omne tempus, et cumq; felices nec in paupertate vivere, nec in anxietate deficere permittant.

De ordine civilium causarum.

Finem litibus imponere cupientes, et ut calumniantium iniquitatibus et volentium lites protellare ultra debitum rationis malitiis obvietur ponsata deliberatione. Statuimus et ordinamus, quod citato ad judicium comparente ad terminum sibi datum per servitorem. Si quaestio fuerit a libris decem Imperialium supra, vel valoris, reo petente, offeratur ei libellus a Judice, vel a parte, et statuatur ei terminus octo dierum ad respondendum libello, in quibus octo diebus includatur dies dati libelli, vel termini, ita quod ad aliam proximam similem sequentem diem respondere teneatur. Et postea statuatur ei terminus trium dierum perhemptoriae ad omnes suas exceptiones opponendas contra dictum libellum. Quibus terminis elapsis compellatur actore petente statim, omnibus cavillationibus, dilationibus, et exceptionibus cessantibus litem contestari, salvis omnibus suis exceptionibus propositis temporo diffinitivae sententiae, quas probare possit in processu causae. Et si reus nollet litem contestari, vel aliter diceret non teneri, Judex, sive Rector teneatur pronuntiare litem pro contestata, omni cavillatione, et exceptione remotis, et sine aliquo consilio sapientis, et sic sit contestata, et habeatur ipso jure, perinde ac si reus negasset in libello contenta esse vera, animo litem contestandi, quo facto sive lite contestata per partes, aliqua partium petente, juretur de calumnia per quemlibet partium, et facto sacramento calumniae, si petitum fuerit, Judex, sive Rector statuat terminum actori octo dierum ad probandum, de jure suo pro prima dilatione, vel minorem terminum, si actor minorem terminum petierit, et adhuc statuatur et alius terminus octo dierum. Si petierit ad probandum, et docendum de jure suo, quibus terminis elapsis similiter dentur reo aliae duae dilationes, si petierit, videlicet octo dierum pro qualibet, et minorem si voluerit ad probandum, et docendum de jure suo, ita tamen, quod in qualibet dilatione data tam actori, quam reo, quaelibet partium possit probare, et docere de jure suo, salvo quod si in aliquo praedictorum terminorum actor, vel reus ostenderit se fuisse impeditum, ita quod non potuerit ostendere, et docere de jure suo, vel saltem juraverit

so fuisse impeditum, tunc statuatur, et alia dilatio octo dierum. Quibus omnibus terminis elapsis si testes jurati non deposuerint, vel aliqui ex eis, possit Judex, vel Rector statuere terminum trium dierum, minorem, vel majorem secundum quantitatem testium, et capitulorum, prout jusdicenti videbitur partibus; vel parti ad faciendum deponere testes juratos. Quo elapso Judex, vel Rector ad petitionem partis, vel partium teneatur publicare dicta testium, et totum processum pronuntiare, et dictum processum pro publicato, et posse, et debere fieri copiam partibus, et statuero terminum partibus ad accipiendum copiam testationum, et totius processus, et jurium productorum per partes trium dierum, quinque, vel octo, et plus, et minus secundum qualitatem processus, et ad producendum infra dictum terminum omnia jura, quae producere voluerint, quo facto sit conclusum in causa, et pro concluso habeatur. Ita tamen, quod si aliqua partium aliquid novi in isto termino produxerit ad hoc possit Judex, vel Rector statuere terminum alteri parti ad accipiendum copiam, et deliberandum super productis de novo, non obstante conclusione. Quibus omnibus sic peractis possit Judex, vel Rector ad petitionem cujuslibet partium committere quaestionem sapienti, partibus non suspecto vel partium confidenti, et praedicta locum habeant reo comparente per se, vel legitimum responsalem.

Quis debet pignorari, seu qualiter bona debitoris contumacis executiantur.

Si vero reus citatus personaliter, vel ad domum habitationis, vel ubi solitus est abitare per servitorem Curiae non venerit vel non comparuerit per se, vel per legitimum respondentem, banniatur pro prima requesta de soldis tribus Imperial., pro secunda de soldis quinque, pro tertia de soldis decem Imperial. Actore, vel legitima persona pro eo petente. Qui si iterum citatus non venerit, vel non comparuerit legitime, ut supra dictum est, ad hoc possit banniri. Et si substinuerit se ter poni in banno, tunc possit Judex, vel Rector actore, vel legitima persona pro eo petente facere ipsum pignorari usque ad quantitatem petiti debiti, et expensarum, et si non venerit per se, vel per alium, ut supra dictum est, post pignorationem infra decem dies. Iterum citetur quod infra tertiam diem compareat si vult contradicere,

ne dicta pignora extimentur, et extimata dentur in solutum dicto creditori. Et si non venerit infra dictum terminum tunc possit Judex, vel Rector primo facta eis fide per Actorem, vel aliam legitimam personam pro eo datis actori competentibus dilationibus ad probandum de juro suo, et citato reo ad videndum dari dilationes jurare testes, et producendum capitula, et ad faciendum interrogationes super ipsis de debito sine quantitate petiti debiti. Et ipsa, vel legitima persona pro eo ultra hoc jurante debitum esse verum, et sibi non esse satisfactum in toto, vel in parte dicta pignora extimari facere, et facta extimatione facere teneatur proclamari ante domum habitationis rei, vel ubi solitus est habitare et super lapide Burgidomi. Item ad Ecclesiam Curatam ubi habitat dictus debitor, vel solitus est habitare in jurisdictione Curiae Matarellae, et in die festo immediate post celebrationem Missae, quod talia pignora talis personae ad petitionem talis creditoris (nominando actorem, et reum) sunt pignorata, et extimata pro tanta quantitate (nominando quantitatem extimationis) unde si quis procurator, amicus, propinquus attinens, vel vicinus, vel alia persona vult venire ad defensionem dicti pignorati, vel vult contradicere dictis pignorationi, et extimationi, et dicere se habere meliora jura, et petiora in dictis pignoribus, quam ille, ad cujus petitionem pignorata, et extimata fuerint, compareat coram dicto D. Jusdicente, vel Rectore infra quinque dies ad ostendendum de jure suo. Et si quid plus vellet dare, vel offerre in dictis pignoribus, seu rebus pignoratis compareat infra dictum terminum coram dicto D. Judice, vel Rectore, quia plus offerenti dabuntur. Et quia vox praeconum paucis innotescit fiat dicta crida pro ut supra dictum est, quo ad debitores habitantes extra Burgidomi in Curia Matarellae, quo autem ad habitantes in dicto Burgidomi fiat dicta crida ad lapidem Communis Burgidomi, et ante domum ejus habitationis. Et si in termino dictae cridae, seu proclamationis nullus comparuerit defensor, vel contradictor, vel plus offerens. Tunc citato prius reo ad judicationem, et in solutum dationem fiendam adjudicentur, et dentur in solutum creditori usque ad quantitatem debiti petiti, declarati, et jurati ut supra, ac expensarum legitime factarum. Si vero aliquis plus offerens comparuerit, tunc plus offerenti dentur pro utilitate debitoris, et de pretio dictorum pignorum, sive rerum satisfiat creditori de debito, et expensis, ut superius dictum est. Si vero aliquis contradictor comparuerit dicens se habere

meliora, et potiora jura ipso creditore in dictis pignoribus, seu rebus tunc per Judicem, vel per Rectorem statuatur ipsi creditori terminus competens secundum qualitatem debiti, vel valoris pignorum, sive rerum ad ostendendum causam contradictionis. Et si infra terminum nullam causam ostenderit, tunc restituat creditori primo petenti expensas triplicatas. Et nihilominus pignora, sive res adjudicentur primo petenti in solutum. Si vero causam ostenderit, tunc statuatur terminus utrique parti decem dierum ad ostendendum de jure suo, et adjudicentur, cui meliora, et potiora jura ostenderit. Et praedicta locum habeant quando in bonis debitoris reperiuntur bona mobilia, vel semoventia. Et si reus citatus, vel bannitus comparuerit coram Judice, vel Rectore per se, vel legitimam personam non audiatur, nisi primo restituerit omnes expensas per partem actoris occasione contumaciae, et similiter non audiatur, si comparuerit antequam pignora adjudicentur in solutum creditori, nisi primo restitutis omnibus expensis factis per partem actoris in causa principali. Salvo tamen, quod si debitor post adjudicationem, et dationem in solutum comparuerit usque ad mensem, et debitum solverit cum expensis, et interesse, vel solvere paratus fuerit, et deposuerit, tunc pignora ei restituantur, et creditor ea usque ad dictum terminum servare teneatur. Si vero in bonis rei ad juditium vocati, et tertio banniti ut supra non reperiantur bona mobilia, vel semoventia, ex quibus non possit creditori integre satisfieri. Tunc elapso tertio banno auctoritate, et licentia Judicis, vel Rectoris pignorentur tot de bonis immobilibus dicti debitoris sic citati, et banniti usque ad quantitatem debiti petiti per creditorem, et expensarum. Qua pignoratione sic facta de dictis bonis immobilibus, iterum citetur debitor, sive reus, et fiat crida, et proclamatio in locis suprascriptis, et pro ut supra. Quod si ipse, vel alius procurator, vel defensor, amicus, attinens, vel vicinus, vel aliqua alia persona vult venire ad defensionem dictae rei si pignoratae nominando reum, et actorem, vel vult contradicere ne talia bona ut supra pignorata ad instantiam talis creditoris (nominando creditorem, et reum) et designando bona, saltem per duas cohaerentias, extimentur, et adjudicentur in solutum illi creditori compareat coram Judice, vel Rectore Curiae Matarellae infra decem dies a die dictarum citationis, proclamationis, et cridae. Ipse tamen reus si comparuerit per se, vel per alium non audiatur, nisi primo restitutis expensis contumaciae, et oc-

casiono contumaciae secutis, et si infra terminum decem dierum nullus comparuerit contradicter, vel alius, qui velit eum defendere, possit, et debeat Judex ad petitionem actoris, vel ejus procuratoris facere dicta bona pignorata ut supra extimare ad computum de quinque pro quattuor. Qua extimatione facta fiat crida, et proclamatio in locis supradictis, et pre ut supra, quod talia bona talis debitoris sic pignerata, et designata ut supra sunt extimata ad petitionem talis crediteris pro tanta quantitate, specificando quantitatem extimationis, unde si quis vult contradicere dictae extimationi, vel plus efferre in dicta re, seu rebus, vel bonis extimatis, vel dicere se habere meliora, et potiora jura in ea, seu in eis, quam ille, ad cujus petitionem pignerata, et extimata fuit, seu fuerint compareat coram dicto Judice, vel Rectore infra octo dies a die proclamationis, et cridae ad contradicendum, et decendum de jure suo, et ad plus efferendum, quia plus offerenti dabitur. Et si nullus comparuerit contradictor, vel plus offerens, tunc possit, et debeat Judex, vel Rector, facta prime legitima fide ut supra dictum est, quande pignora sunt bona mobilia de debite, et facto sacramente per acterem ut supra dictum est in rebus mobilibus, et decreto sue, et officii sui dare, et adjudicare in solutum creditori bona, seu res extimata, vel extimatas usque ad mensuram debiti declarati, et jurati, et expensarum legitime factarum ut supra, et eum ponere in possessionem corperalem, facta primo per creditorem legitima probatione, et sacramento de debito ut supra. Si vero comparuerit in praedicto termine contradicter, et dicens se habere meliora, et petiora jura ipso creditore in dictis bonis, vel plus offerens, tunc fiat, et precedatur preut dictum est superius in rebus mobilibus in omnibus, et per omnia. Si vero reus comparuerit post bannum, vel banna sibi data, vel processum non audiatur nisi restitutis expensis contumaciae, ut superius dictum est in processu rerum mobilium. Postquam autem dictae res, seu bona extimata adjudicatae, vel adjudicata fuerint in solutum creditori, Reus comparens non audiatur nisi ad appellandum, et infra tempus a jure statutum, restitutis prime omnibus expensis per crediterem, et non aliter. Salvo quod si infra annum, et diem a die dationis in solutum comparuerit, et debitum solverit cum exponsis, et interesse, tunc Judex, sive Rector teneatur, et deboat ei facere restitui dictas res, seu bona sua, reservati ultra hoc fructibus creditori per ratam temporis quo tenuerit.

Si vero debitor non habuerit bona mobilia, nec immobilia, de quibus satisfieri possit creditori, et reperiatur quod habeat nomina creditorum liquida qui teneantur, tunc factis proclamationibus, et servatis solemnitatibus supradictis in rebus immobilibus, praeterquam de extimatione, et plus oblatione, tunc Judex, sive Rector teneatur, et debeat adjudicare, et in solutum dare nominando debitorem debitoris creditori usque ad mensuram debiti declarati, et jurati, et expensarum ut supra, et compellere dictum debitorem ad producendum omnia jura quae habet contra dictos debitores omnibus juris remediis pignora capiendo, mulctam inducendo, et personam si opus fuerit capiendo, et alia qua viderit expedire pro securitate debitorum, et postea ipsos debitores compellere ad solutionem faciendam dicto creditori secundum formam infrascriptam, ita quod tale jus habeat quale habeat secundus creditor contra debitorem, et praedicta locum habeant in actione personali hypothecae. Si vero in bonis debitoris non reperiantur bona mobilia, nec immobilia, nec semoventia, nec jura, seu nomina debitorum, ex quibus possit creditori satisfieri, infrascriptus ordo servetur antequam procedatur contra extraneos possessores, videlicet, quod debitore non comparente, et citato, et ter bannito, ut superius dictum est, et etiam citato, sicq; bannito fidejussore, si fidejussor in obligatione fuerit, videlicet, quod ipso, vel ipsis non comparentibus primo excutiantur bona debitoris, et postea bona fidejussoris hoc modo. Quod mittatur servitor ad locum, sive ad Terram in qua habitat debitor, vel solitus est habitare, et praecipiat ex parte Jusdicentis Consuli, si solus Consul fuerit in illa Terra, vel Consulibus si fuerint plures, saltem duo, quod una vadant cum eo, et inquirant, et diligenter investigent, si aliquid invenitur de bonis mobilibus, seu immobilibus, vel semoventibus, juribus, et nominibus debitorum, vel bonis dicti debitoris expeditis, et quae ab aliquo non detineantur, vel possideantur nisi ab eo. Et si dicti servitor, et Consul, vel Consules retulerint, recepto prius ab eis sacramento coram Jusdicente, quod nihil inveniatur expeditum de bonis dicti debitoris, vel tantum quod non possit satisfieri integre dicto creditori, tunc similis executio fiat in bonis fidejussoris, seu fidejussorum. Et similis modus, et ordo servetur prout supra dictum est in executione fienda in bonis principalis. Qua relatione, seu quibus relationibus factis si dicti servitor, et Consul, seu Consules retulerint se nihil invenire de expedito in bonis

praedictorum debitoris, seu debitorum, fidejussoris, seu fidejussorum, vel tantum quod non possit debitor integre satisfieri, ut supra dictum est, tunc aperiatur via creditori, seu creditoribus contra extraneos possessores dictorum debitoris, seu debitorum, fidejussoris, seu fidejussorum, facta prius pronunciatione per Judicem citatis partibus ad sententiam audiendam pena dictorum debitoris, seu debitorum, fidejussoris, seu fidejussorum legitime fuisse excussa. Qua pronunciatione Jusdicens facere teneatur ad petitionem actoris, visis suprascriptis citationibus, bannis, et relationibus, dum tamen antequam pronuntiet bonarum ipsorum, vel ipsius legitime excussa faciat citari debitorem, seu debitores, fidejussorem, vel fidejussores, qui compareant coram eo ad certum terminum ejus arbitrio statuendum ad manifestandum si habent aliqua bona expedita, et quae ab illis non detineantur. Et si non comparuerit infra dictum terminum, vel comparuerit ipse, vel aliquis eorum, et non manifestaverit aliqua alia bona, vel si manifestaverit, non manifestaverit tanta de quibus possit creditori integre satisfieri, vel si manifestaverit, et bona per eum manifestata non reperiantur expedita, tunc aperiatur via creditori, seu creditoribus contra extraneos possessores, et pronuntietur excussionem legitime factam, ut superius dictum est. Qua pronunciatione facta liceat creditori seu creditoribus citari facere possessores, seu detentores bonorum debitoris, seu debitorum, vel facere fieri generalem cridam si quis vult defendere rem, quae petitur, designando rem saltem per duas cohaerentias infra quinque dies quando non est certus possessor, quae bona ipse, vel ipsi tenebant tempore obligationis contractae, vel postea tenuerit, et contra eos procedere oblato libello si possessor petierit. Et similis solemnitas fiat, et procedatur eo modo in litis contestatione, dilationibus, terminis, sententia, et omnibus, et singulis aliis, in omnibus, et per omnia prout supra dictum est quando agitur actione personali contra principalem. Si vero possessor citatus non comparuerit, vel nullus comparuerit infra terminum facta crida generali, ut supra dictum est, per se, vel legitimam personam. Et si sustinuerit se ter banniri, ut supra dictum est in actione personali fiat, et procedatur ut supra in actione personali, et ponantur actor in possessionem corporalem illorum bonorum, quae dicentur fuisse dictorum debitoris, seu debitorum, datis prius terminis, et dilationibus, et omnibus aliis, et singulis solemnitatibus adhibitis, et servatis in omnibus

et per omnia prout supra dictum est in actione personali adhibita distinctione quando comparet, et quando non comparet, quae ibi habetur in omnibus, et per omnia servata. Et pro residuo aperiatur via creditori contra extraneos possessores bonorum debitorum adhibiti, et servatis solemnitatibus supradictis quando nihil invenitur de bonis expeditis debitoris, vel fidejussoris. Si vero non inveniantur aliqui possessores, vel debitores bonorum principalis debitoris, vel debitorum, tunc, et ultimo loco aperiatur via creditori, et habeat regressum contra extraneos possessores, vel detentores bonorum fidejussoris, vel fidejussorum in toto, vel in parte, prout superius dictum est, adhibitis, et servatis debitis solemnitatibus suprascriptis, ita tamen quod in aliquo supradictorum casuum nullum gereretur praejuditium creditori, quo minus possit uti pactis in ejus favorem inductis contentis in obligatione, vel obligationibus sibi factis.

Qualiter procedi debet contra haeredes, seu bona defunctorum.

Item statuimus, quod si quis creditor procedere voluerit contra haeredes, seu bona debitorum, seu fidejussorum defunctorum, quod primo, et ante omnia faciat publice proclamari ante domum in qua habitabat defunctus, et super lapide Burgidomi per servitorem Curiae Matarellae. Quod siquis vult esse haeres talis defuncti, nominando cum nomine, et cognomine, vel sit aliqua persona, procurator, tutor curator, vel difensor, agnatus, vel cognatus, affinis, vicinus, vel amicus vel quaevis alia persona, quae velit defendere haeredes, seu bona dicti defuncti, compareat coram Jusdicente infra octo dies ad petitionem talis creditoris, nominando creditorem. Et si comparuerit infra dictum terminum aliquis qui dicat se haeredem, interrogetur si est, vel si vult esse haeres, et pro quanta parte, vel legitima aliqua persona pro haerede. Si quaestio fuerit a libris decem Imper. supra offeratur ei libellus si petatur, et procedatur eo modo ut dictum est supra in omnibus, et per omnia in debitore comparente. Si vero non comparuerit in dicto termino aliquis, qui velit esse haeres, vel legitima persona pro haerede, iterum fiat proclamatio prout superius dictum est in prima. Et si adhuc comparuerit nullus, qui velit esse haeres detur creditori possessio corporalis in bonis defuncti, et procedatur

eo modo, et forma ut supra dictum est in actione personali quando procedatur contra debitorem non comparentem. Si vero comparuerit aliquis qui dicat se habere meliora, et potiora jura in bonis defuncti quam dictus creditor assignetur terminus utrique parti ad ostendendum de jure suo, et procedatur eo modo, et forma prout superius dictum est in praecedenti statuto. In omnibus, et per omnia quando aliquis comparet dicens se habere meliora, et potiora jura in bonis debitoris non comparentis. Si vero ageretur actione reali fiant proclamationes, et cridae prout superius dictum est, et si comparuerit aliquis qui velit esse haeres, vel defendere haeredes, et bona defuncti, procedatur eo modo, et forma, ut dicetur infra in proximo capitulo, seu capitulis, quando comparet illo contra quem agitur actione reali. Et si nullus comparuerit similiter procedatur qualiter proceditur quando non comparet ille contra quem agitur dicta actione. Si vero agatur actione reali, et reus comparuerit ad terminum sibi datum per servitorem, et res petita fuerit valoris a libris decem Imper. supra offeratur ei libellus, et lis contestata, seu contestetur, et dilationes, et aliae solemnitates in omnibus, et per omnia fiant supra dictum est quando agitur actione personali, reo comparente, et concludatur in causa, et committatur quaestio, ut superius dictum est. Si vero reus citatus, et bannitus non comparuerit, ut supra dictum est in actione personali, tunc elapso tertio banno, Jusdicens ad petitionem actoris teneatur, et debeat rem petitam, si fuerit mobilis, vel semovens facere sequestrari, et in tuto loco poni, et facere citare reum, quod compareat coram eo infra decem dies si fuerit res mobilis, et si fuerit semovens infra quinque dies, si vult contradicere, ne res petita, et sequestrata adjudicetur petenti. Quo termino elapso, si reus non comparuerit, tunc Jusdicens recipiat probationes actoris, seu petentis, et citato reo ad videndum fieri probationes, in quolibet termino actori assignato, et factis probationibus per actorem, iterum citetur reus quod veniat ad videndum publicari dicta testium, et totum processum, et ad accipiendum copiam de ipsis, et ad allegandum de jure suo si noluerit coram Rectore, vel illo, cui commissa fuerit per Rectorem, et examinatis per Jusdicentem, vel alium sapientem. Si actor probaverit rem petitam ad se pertinere Jusdicens teneatur, et debeat rem petitam adjudicare, et dari, et tradi facere petenti, recepto prius ab eo sacramento, quod in veritate res petitae ed eum spectat, et pertinet

do juro, et citato prius reo ad sententiam audiendam. Et si elapsis bannis, vel factis processibus, vel adjudicatione, vel contradictione facta petenti reus comparuerit fiat, et procedatur in omnibus, et per omnia, ut superius dictum est. In actione personali, quando bona mobilia, vel semoventia reperiuntur in bonis debitorum, ita tamen quod si res petita fuerit semovens, aut moventia reperiuntur in bonis debitorum Jusdicens teneatur, et possit abbreviare terminos, et dilationes, ne consumat se ipsum. Si vero res petita fuerit immobilis, vel quasi, et reus citatus ad terminum comparuerit, si res petita fuerit valoris, et extimationis a libris decem Imper. supra offeratur ei libellus, et procedatur in omnibus, et per omnia prout supra dictum est in actione personali, et similiter concludatur in causa, et possit committi consiglio sapientis, vel sapientum. Si vero reus citatus non comparuerit, et substinuerit se ter poni in banno, Jusdicens possit ponere, et poni facere actorem in possessionem rei petitae, vel juris petiti. Et si infra decem dies postquam actor positus fuerit in dicta possessione reus non comparuerit, Jusdicens possit, et debeat statuere terminum actori unum, vel plures secundum quod ei videbitur ad docendum, probandum, et ostendendum de jure suo, reo semper citato in qualibet dilatione, quod veniat ad videndum jurare testes, et producendum jura actoris, et elapsis dilationibus, et terminis datis actori, iterum citetur reus ad videndum publicare testes. Si testes fuerint producti, et totum processum ad accipiendum copiam ipsorum, et omnium jurium productorum per actorem infra tertiam diem. Quo tertio die elapso si non comparuerit, Jusdicens possit per se, vel alium cui commiserit examinare jura producta per actorem, ita tamen quod in hoc casu, et in quolibet praedictorum reus citetur ad videndum committi quaestionem, si committi debuerit; Et si actor probaverit rem petitam, vel jus ad se pertinere ponatur auctoritate Judicis in veram, et corporalem possessionem vacuam, et expeditam rei petitae, vel juris petiti lata prius sententia, et pronunciatione facta per Jusdicentem rem petitam, vel jus petitum ad actorem, seu petentem pertinere, vel spectare, citato prius reo ad sententiam audiendam, in omnibus, et singulis praedictis casibus, et quolibet eorum, si quaestio fuerit a libris decem Imper. vel ab inde infra possit Jusdicens minorare dilationes, et abbreviare terminos pro lite citius expedienda.

De citatione fienda.

Item statuimus, quod quaelibet persona, quae citari debet ad petitionem alicujus Universitatis, vel singularis personae citetur per servitorem Curiae Matarellae personaliter, vel ad domum habitationis, ubi habitat, vel solitus est habitare, vel si non habitat in Ossula in Jurisdictione Curiae Matarellae, citetur ad domum habitationis, in qua solitus est habitare, publice, et alta voce, et super lapide Burgidomi. Et si inveniatur personaliter sufficiat citatio facta, non obstante, quod habitet extra jurisdictionem, et si esset forensis, qui hic posset conveniri ratione contractus, vel alia causa, et non inveniatur personaliter, sufficiat, quod citetur super lapide Burgidomi alta voce. Et sic possit procedi contra eum, perinde ac si citatus esset personaliter, vel ad domum.

De libelli oblatione, et in quibus causis dari debet libellus.

Item statuimus, et ordinavimus, quod in causis, seu quaestionibus librarum decem Imper. seu ab inde infra non detur libellus, nec declaratio, sed detur terminus reo si petierit unius diei ad deliberandum, et postea compellatur confiteri, vel negare, salvis suis exceptionibus tempore diffinitive sententiae. Et si confiteri vel negare nollet Judex, vel Rector pronunciet litem pro contestata, omni exceptione, cavillatione, et dilatione remotis, et sine consilio sapientis; in causis vero, et quaestionibus a libris decem Imper. supra, efferatur libellus, si petatur a reo.

De litis contestatione.

Item statuimus, et ordinavimus, quod in omnibus civilibus causis, et quaestionibus a libris decem Imper. supra statuatur terminus octo dierum reo, in quibus octo dierum, seu diebus, includatur dies dati libelli, sive termini, ita quod in sequenti simili die ad horam causarum teneatur respondere illo die termini. Si comparuerit, vel si non comparuerit elapso illo termino statuatur terminus trium dierum, et peremptorie si petierit, ad opponendum omnes suas exceptiones. Quibus terminis elapsis, vel primo, et si non petierit secundum Jusdi-

cens compellat actore petente reum litem contestare. Et si nollet contestari, vel dicere se non teneri Jusdicens possit, et debeat pronunciare litem pro contestata, et pro contestata habeatur, perinde ac si actor affirmasset contenta in libello suo esse vera animo litem contestandi, et reus negasset contenta in libello suo esse vera animo litem contestandi omni exceptione, dilatione, cavillatione remotis, et sine consilio sapientis.

De juramento calumniae.

Item statuimus, et ordinavimus, quod non fiat sacramentum calumniae, nisi super positionibus, et super interrogationibus, si petitum fuerit per partes.

De terminis, et dilationibus dandis.

Item statuimus, et ordinavimus, quod in omnibus quaestionibus, causis, sive litibus, lite contestata, sive habita pro contestata, sive offeratur libellus, sive non statuatur terminus actori octo dierum pro prima dilatione ad probandum do jure suo, et minorem, si petierit, et postea si petierit, alius terminus octo dierum, et postea reo petente similiter aliae duae dentur dilationes; ita quod in qualibet dilatione data, sive actori, sive reo quaelibet partium possit probare, et docere de jure suo. Salvo quod aliqua partium ostenderet se impeditam fuisse vel saltem juramento affirmaret se fuisse impeditam, quod jusdicens possit eis statuere alium terminum ad ejus arbitrium ad probandum de jure suo. Et in quo etiam quaelibet partium possit probare de juro suo. Et si partes, vel aliquae earum fecisset jurare aliquos testes qui non deposuissent, tunc Jusdicens possit statuere alium terminum ad ejus arbitrium parti, vel partibus ad facien. deponere testes juratos, et peremptorie. Et postea ad petitionem partis vel partium, statuat terminum ambabus partibus trium dierum, vel quinque secundum qualitatem causae ad producendum omnia jura sua. Quo facto pronuntiet omnes testes, et totum processum apertum, et publicatum haberi, et apertos, et publicatos esse, et posse, et debere fieri coplam partibus ad terminum eius arbitrio statuendum secundum qualitatem processus, et causae.

De conclusione causae.

Item statnimus, et ordinavimns, qnod datis, et assignatis terminis, et dilationibns parti, sive partibns, et pronunciato processn pro pnblicato, et aperto nt snpra in praecedenti statuto: Jusdicens pronnntiet conclusnm esse in cansa, et pro conclnso habeatnr elapsis dictis terminis, et dilationibus, etiam si Jndex non pronuntiaret, et hoc parto vel partibns petentibns.

Quod Actor teneatur dare copiam instrumenti ante litem contestatam.

Item nt homines sciant ntrum velint cedere, vel contendere statuimus, quod si qnis petierit ab aliquo aliqnam quantitatem pecuniae, sive aliquod sibi debitum, de qno sit instrumontum, vel breve, vel praeceptum nnnm, vel plnra, teneatur etiam ante litem contestatam dare copiam parti adversae, si petierit, et si reus interrogaverit actorem, si habet de debito, vel eo qnod petit instrnmentnm vel breve, vel praeceptum, teneatur respondere sic vel non. Et si dixerit, se habere teneatur facere copiam parti adversae.

De Commissione.

Item statnimus, et ordinavimns, quod conclnso in cansa, vel habito pro conclnso Jusdicens ad petitionem partis vel partinm possit, et debeat committere qnaestionem sapienti partibns non snspecto, vel partinm confidenti.

Infra quantum tempus Commissarius dare debet consilium in scriptis.

Item statuimus, et ordinavimus, quod ille, vel illi, cni, vel quibus commissa fnerit quaestio per Rectorem, vel Jnsdicentem, teneatur dare consilium sunm in scriptis infra mensem a die commissionis sibi praesentatae. Salvo quod si per Rectorem vel Jusdicentem statuatur minor terminus, quod infra illum terminnm teneatur dare consilinm, alioquin

elapso termino cadat a commissione, nisi per Rectorem vel Jusdicentem sibi fuerit prorogatus.

Quod Rector sive Jusdicens teneatur legere consilium.

Item statuimus, et ordinavimus quod postquam consilium fuerit praesentatum Rectori, vel Jusdicenti, teneatur ipsum legere, vel legi facere infra tertium diem, a die praesentationis, parte, vel partibus comparentibus, omni exceptione, dilatione, cavillatione, et denuntiatione remotis, et rejectis, et sine consilio sapientis.

De executione rei judicatae.

Item statuimus, et ordinavimus quod lata sententia, a qua non fuerit appellatum elapsis decem diebus, mandetur executioni omni exceptione, et cavillatione remotis, et sine consilio sapientis; idem fiat si a sententia a qua fuerit appellatum fuerit confirmata per Judicem appellationis, si appellaverit, seu appellans eam non fuerit prosecutus infra tempora appellationis secundum formam statutorum, vel non satisdederit infra decem dies, prout in statuto continetur. Et praedicta locum habeant in praeteritis praesentibus, et futuris.

De positionibus.

Item statuimus, et ordinavimus, quod quaelibet partium teneatur respondere positioni, vel positionibus sibi fact. cum juramento pure, clare, et per verbum credere, vel non credere, salvo jure impertinentium, et non admittendorum, et disputationis in fine. Et si aliqua partium respondere nollet, vel non responderet ad terminum sibi datum, Jusdicens possit, et debeat incontinenti positiones, vel positionem, cui vel quibus responsum non esset pronuntiare pro confessata, vel confessatis, omni exceptione, et cavillatione remotis, et rejectis.

De interrogationibus.

Item fiat idem de interrogationibus a jure permissis.

Quanto tempore duret instantia causae civilis.

Item ut lites citius finiantur. Statuimus quod Instantia cujuslibet causae civilis pereat, et finiatur anno, a die litis contestatae inclusive. Ita quod super illa instantia post annum procedi non possit nisi a jusdicente terminus anni fuerit prorogatus, qui possit eum prorogare, si ei videbitur, consideratis conditione personarum, qualitate causae, et aliis quae circa Indicia evenire possint, dum tamen ultra triennium prorogare non possint.

Quo tempore, vel quando debeant produci jura per partes, ita quod prosint.

Item statuimus, et ordinavimus, quod quaelibet partium teneatur, et debeat producere jura, quibus uti voluerit coram Rectore, vel jusdicente praesente parte adversa, vel citata, et alias producta, coram commissario vel consulente non prosint producenti, nec consultor habeat respectum ad ea.

Quod si dies termini ceciderit in diem feriatam, sequens dies habeatur pro termino.

Item statuimus, et ordinavimus, quod si terminus datum per Jusdicentem, vel legem communem, vel municipalem, vel servitorem inciderit in diem feriatam, vel in qua jus non reddatur, quod sequens dies juridica habeatur pro termino, et procedi possit perinde ac si datus esset terminus ad illam diem.

De appellationibus.

Item statuimus, et ordinavimus, quod quilibet appellans teneatur appellare Infra decem dies a die latae sententiae, et in scriptis appellationem Judici, a quo appellaverit, ipsa die qua appellaverit, dimittere, nisi appellaverit viva voce, et tunc ei sufficiat quod dicat: appello secundum jus commune, et ipse Judex a quo appellaverit, seu appellatum fuerit, prout ei videbitur infra dies sex dicto appellanti, apostolos dimissorios, sive refutatorios tradere teneatur, si pars petie-

rit. Post quos sex dies appellans coram Illustr. Domino Domino Ludovico Maria Sfortia etc. vel suis Judicibus appellationum causam appellationis infra mensem prosequi teneatur etiam oblato libello coram Illustr. Domino, vel suis Judicibus, et parte citata, aliter appellans pro non appellante habeatur, et sententiae summarie executioni mandetur. Et quaelibet appellatio finiri debeat infra sex menses continuos, a die dati libelli appellatorii, coram Illustr. Domino Domino nostro Ludovico Maria Sfortia etc. vel suis Judicibus inclusive, et post sex menses si non fuerit terminata, prima sententia firma maneat, et executioni mandetur, et super ipsis quocumque tempore feriato, vel non feriato possit procedi. Idem servetur in omnibus, et per omnia si sententia dicta fuerit nulla.

De interlocutoria.

Item statuimus, quod ab interlocutoria non diffiniente negotium principale nec possit appellari, nec committi extra Ossulam.

De quibus sententiis appellari possit.

Item statuimus, et ordinavimus, quod a sententia non trascendente libr. decem Imper. vel valoris, non possit appellari, nec homines de Ossula dari suspecti, sed si quis senserit se gravatum de dicta sententia infra decem dies possit supplicare Rectori, quod compromissum fiat per partes in duos communes amicos, vel plures, qui possint, si eis videbitur, habere consilium sapientis, et Rector hoc facere teneatur.

Quod appellans teneatur satisdare.

Item statuimus, et ordinavimus, quod quilibet appellans ab aliqua sententia teneatur satisdare coram Judice, coram quo appellaverit, idonee, de solvendo expensas factas in causa principali, et causa appellationis, si succubuerit in causa appellationis, infra decem dies a die appellationis, post quos decem dies, si non satisdederit, non audiatur, et sententia executioni mandetur, non obstante appellatione, Salvo quod si appellans esset ita pauper, quod non posset satisdare,

vel forensis, qui non posset invenire fidejussorem. Et hoc sit in arbitrio Jusdicentis si potest satisdare, vel non, tunc sufficiat si juret se satisdare non posse, et expensas restituet si succubuerit, ut supra dictum est. Idem servetur in omnibus, et per omnia si sententia dicta fuerit nulla.

Quod ille cui delatum fuerit sacramentum teneatur jurare, vel referre.

Item statuimus, et ordinavimus, quod in qualibet causa civili, si una pars voluerit referre sacramentum alterae parti, et stare ejus sacramento, dum tamen tunc quaestio tota, vel capitulum, super quo defferuntur sacramenta diffiniatur per sacramentum. Quod pars, cui delatum fuerit sacramentum teneatur jurare, vel referre: alias si ille, cui delatum esset sacramentum nollet jurare, vel referre stetur sacramento defferentis. Et si ille, cui delatum esset sacramentum nollet jurare, tunc credatur dicto partis adversae etiam sine juramento. Et hoc sine datione aliqua libelli, sive petitione.

Quod in qualibet causa pars succumbens teneatur expensas solvere.

Item statuimus, et ordinavimus, quod in qualibet causa pars succumbens, sive victa teneatur solvere salarium Procuratoris, et Actoris, et Advocati partis vincentis, cum aliis legitimis expensis, et hoc quando pars succumbens esset condemnata in expensis limitandis per Rectorem.

De eodem.

Item statuimus, quod si aliqua partium solverit pro adversa parte, seu expen. fecerit pro sententia ferenda, seu consilio habendo, quod Jusdicens teneatur compellere ad petitionem solventis alteram partem, pro qua solverit ad solvendum incontinenti summarie, pigneribus captis, mulcta inducta, et persona detenta, si opus fuerit, et omnibus aliis juris remediis quibus ei videbitur.

Digitized by Google

De reo comparente post primum bannum, vel secundum.

Item statuimus, et ordinavimus, quod reo comparente post primum, vel secundum bannum non audiatur, nisi primo restituerit omnes expensas contumaciae. Si vero comparuerit post tertium bannum non audiatur nisi solverit omnes expensas factas usque ad diem quo comparuerit, facta primo taxatione per Judicem.

In quibus causis reddatur jus summarium.

Item statuimus, et ordinavimus, quod de labore, seu mercede, fictis directis, sive massaritiis, quae dominus habere debet a massario ratione massaritii, decimarum alimentis, taleis, fodris, saximentis, et omnibus aliis casibus, in quibus de jure communi potest summarie procedi, fiat jus summarium, et quocumque tempore jus reddatur summarie, et de plano, sine strepitu, et figura judicii. Et similiter contra tutores, et curatores, et eorum haeredes fiat jus summarium ad petitionem illorum, quorum fuerint tutores, et curatores, et in quaestionibus libr. decem Imper. ab inde infra.

Quod pacta in instrumentis posita serventur.

Item statuimus, et ordinavimus, quod pacta in instrumentis posita serventur, nisi éssent expresse contra jus divinum, vel bonos mores.

De compromissis fiendis.

Item ad tollendum discordias, et removenda scandala, quae multoties oriuntur inter propinquos, et attinentes causa quaestionum, seu litium inter eos verten. statuimus, et ordinavimus, quod quotiescumque quaestio fuerit inter propinquos, et attinentes usque ad quartum gradum inclusive, quod Rector, sive Jusdicens teneatur ad petitionem cujusiibet partium, et etiam possit ex officio compellere partes ad compromittendum, et compromissum faciendum de jure, et de facto in duos communes amicos, vel plures, prout eis videbitur, et arbitros compellere ad arbitrandum, et arbitramontandum. Et praedicta omnia pignoribus captis, mulcta inducta, et persona detenta, et omnibus

juris remediis, prout ei videbitur, et similiter partes compellere ad observandum id, quod per ipsos arbitros fuerit arbitratum, seu arbitramentatum.

De tutelis, et curis.

Item statuimus, et ordinavimus, quod etiam Rector Ossulae, sive Jusdicens possit dare tutores, et curatores minoribus, et coram ipsis emancipationes fieri possint.

De non contrahendo cum filiis familiae, vel minoribus vigintiquinque annis.

Item ut fragilitati, et debilitati adolescentiae, et minoris aetatis salubriter succurratur, et ad obviandum fraudibus, et malitiis aliquorum qui Deum praeoculis non habentes inducunt filios familias, et minores ad dilapidandum, et consumandum bona sua indendo, et alias luxuriose vivendo. Et ad eorum audaciam reprimendam statuimus, et ordinavimus, quod nullus contrahat cum filio familias, vel ab eo pignus accipiat, nisi fuerint mercator, vel alicui praepositus, vel bicbarius, vel mertianius sine licentia patris, vel avi, vel ejus in cujus potestate fuerit. Et similiter nullus contrahat cum minore vigintiquinque annis, exceptis matrimoniis, quae possunt fieri secundum formam juris, et consuetudinum, et promissiones, et obligationes hinc indo fieri prout moris est, vel ab eo, pignus accipiat, nisi in praesentia D. Rectoris, sou Vicarii Curiae Matarellae in praosentia praedictorum talis solemnitas observetur, videlicet, quod si quis aliquo modo voluerit contrahere cum minoro, compareat cum dicto minore coram praefato D. Rectore, vel Vicario, et ibi citentur, ut compareant duo de proximioribus agnatis, seu cognatis dicti minoris, qui sint homines bonae vocis, et famae, et conditionis, et majores vigintiquinque annis, qui jurent, ad Sancta Dei Evangelia coram dicto D. Rectore, vel Vicario, quod contractus, quem dictus minor vult facere cum illo, cum quo vult contrahaere, est utilis dicto minori, et cum justa causa. Et hoc quando dictus minor habet agnatos, vel cognatos usque ad quartum gradum. Si vero non habet agnatos, vel cognatos usque ad quartum gradum, vel si habet, non habet sufficientes, tunc loco agnatorum,

Digitized by Google

vel cognatorum, vocentur Consules Terrac, de qua est, et in qua habitat cum duobus melioribus, et sufficientibus vicinis dictae Torrae majoribus annis vigintiquinque, qui similiter jurent contractum esse utilem dicto minori, et cum justa causa factum, ot servata praedicta solemnitate possit dictus minor contrahaere in dicta praosentia. Quidquid autem contra praedicta, vel praoter factum fuerit, sit cassum, nullum, et irritum ipso jure in praojudicium filii familiae, vel minorum, seu minoris. Et qui acceperit pignus, vel instrumentum contra vel praeter praedicta reddat, et restituat sine aliqua praestatione pecuniae. Et ad hoc compellatur per Rectorem summariao, et de plano omnibus juris remediis quibus ei videbitur. Et ultra solvat pro banno sine aliqua contradictione soldos quadraginta Imper. Notarius vero qui de praedictis fecerit istrumentum contra, vel praeter dictam solemnitatem solvat totidem. Et praedicta locum habeant, etiam si dictus contractus fuerit juramento affirmatus, vel sacramento vallatus non obstante autentica sacramenta puberum facta et capitulum, seu capitulo si contingat extra de jurejurando libro sexto, nec alio jure canonico, vel civili, vel municipali. Quibus omnibus, et singulis derogamus, et ex certa scientia derogatum esse volumus, etiam si de eis, vel aliquo eorum oporteret mentionem fieri specialem; ita tamen, quod si fuerit in pupillari aetate intercedere debeat auctoritas tutoris, et aliter non valeat, et sic adultus si habet curatorem intercedere debeat auctoritas curatoris; Salvo quod si majoros viginti annis, possint cum dicta solemnitate contractus, in praesentia Consulum, et duorum bonorum vicinorum suae Terrae facere. Et praedicta non vindicent sibi locum in obligationibus factis, vel fiendis D. Episcopo, et Curiae Matarellae.

De modo servando in donationibus fiendis.

Item statuimus, et ordinavimus, quod donationes, quae de caetero fieri contigerit per aliquam personam Curiae Matarellae in dicta Curia Matarellae, de re quae sit valoris major librarum vigintiquinque Imper. non valeat, nec teneat ipso jure, nisi sit facta per Notarium, qui sit majoris aetatis annorum decem octo, et in praesentia Jusdicentis Curiae Matarellae, et in praesentia duorum attinentium suorum, seu affinium in proximiori gradu, si habet, et si non habet,

duorum suorum vicinorum majoris aetatis annorum triginta pro utroque ipsorum jurantium in dicto instrumento donationis ipsum talem donantem fore, et esse sanae mentis, et bonae. Et aliter, et alio modo facta non valeat.

Quod mulier non possit fraudare filios, vel abiaticos.

Item statuimus, et ordinavimus, quod aliqua mulier jurisdictionis Curiae Matarellae non possit, nec valeat fraudare filios, vel abiaticos ultra mediotatem bonorum suorum aliquo quovis titulo, nec modo.

Quod agnati excludant cognatos ab intestato.

Item statuimus, et ordinavimus, quod in omnibus successionibus ab intestato agnati usque ad septimum gradum secundum jura civilia computanda excludant cognatos.

Quod nullus forensis possit rogare instrumenta.

Item statuimus, et ordinavimus, quod nullus Notarius, nisi sit patriota vicinus dictae Curiae, et onera sustinens cum dicta Curia, seu hominibus ipsius Curiae, et major annis viginti, non audeat, nec praesumat aliqua Instrumenta in ipsa Curia Matarellae, seu acta publica rogare, scribere, vel subscribere, sub poena soldorum centum Imper. toties committendo, quoties contrafactum fuerit, et contrahentes incurrant similem poenam pro quolibet ipsorum praefatae Curiae applicand. Et contractus, instrumenta, et acta, quae fient nisi ut supra, sint ipso jure nulla. Salvo quod in actis maleficiorum, vel in Cancellariis, seu Notariis Commissariorum, et Vicariorum Ducalium, in quibus non habeat locum praesens Statutum.

De cessionibus jurium non fiendis.

Item statuimus, et ordinavimus, quod ad evitandas fraudes non sit aliqua persona cujusvis conditionis existat, quae audeat, nec praesumat in Curia Matarellae, aliquam juris cessionem aliquo titulo alicui personae facere, nec recipere, nisi necessitate vigente, videlicet si coge-

retnr ad solutionem alicnjus debiti, ant ex fidejussione, aut ex hypotheca bonorum, aut alia ex causa, quod tunc, et eo casn juris cessio fieri possit, etiam in contractu, in quo ox natura ipsius contractus juris cessio fienda esset. Et si aliter factum fnerit, non valeat, nec teneat, nec per Jusdicentem Curiae Matarellae occasione talis juris cessionis jns aliqnod reddatnr.

De Procuratoribus cogendis ad praestandum patrocinium.

Item quia plernmque miserabiles personae, et pauperes, et indefensae jure suo privatae remanent, statutum, et ordinatum est, quod Jusdicens teneatur, et debeat ad instantiam enjuscnmque personae cogere quemcumque Procnratorem Curiae Matarellae ad praestandum ejus patrocinium, habita tamen condigna, et honesta mercedo. Et si denegaret praestare patrocinium, incurrat poenam ipso facto libr. qniuque Imper. Curiae Matarellae applicand., et nlterins snspendatur ab offitiis procurandi per duos menses.

Quod mulier dotata non admittatur ad successionem.

Item statnimns, et ordinavimus, qnod mnlier dotata de bonis paternis, vel materuis, existentibus liberis mascnlis, vel nepotibus, vel pronepotibus per lineam masculinam non admittatnr ab intestato ad snccessionem paternam, vel maternam cnm praedictis: vel aliquo praedictorum; idem do avo, avia, proavo, vel proavia paterns, vel maternis per omnia observetur. Et similiter mortno patre, vel aliquo praedictorum ab intestato rolictis masculis, vel foeminis descendentibus. Si fratres, vel frater, vel alii doscendentes mascnli dotaverint, vel parati fuerint dotare cum effectu sororem, vel sorores, vel allas doscendentes, quae cum eis de jure communi ad successionem admitterentnr, in lando, et arbitrio dnorum bonornm agnatorum, vel cognatornm, dum tamen agnati si sunt sufficientes semper convocentur, et si non baberent cognatos, vel agnatos, vel si baberent, et non essent sufficientes, tnnc teneantnr dotare in lande, et arbitrio duorum bonorum vicinorum, et Consnlum Terrae de qua fuerint, vel in qua habitaverint non admittantur dictae foeminae descendentes ad dictas snccessiones, vel aliqnam earum.

Usque ad quantam quantitatem quis admittatur ad consignationem.

Item statuimus, et ordinavimus, quod nullus debitor de soldis sexaginta Imper., vel ab inde infra admittatur ad consignationem bonorum suorum, sed ad solutionem liberam constringatur. Si vero fuerit minor quantitas in uno solo debito, et debitor petierit, quod creditor exprimat quantitatem, creditor teneatur exprimere, et totum petere, si voluerit, nec possit unum solum debitum in plures summas sexaginta soldos, vel ab inde infra dividere, et debitorem pluribus vicibus fatigare. Sed de tota summa offerat libellum, si petitum fuerit, si quantitas ascendat usque ad libr. decem Imper., vel ab inde supra.

Qualiter procedatur contra non consignantem.

Item statuimus, et ordinavimus, quod si quis ad petitionem creditoris, seu Jusdicentis bona sua juraverit consignare infra octo dies, et etiam sua sponte debitor petierit, et non consignaverit, vel in ipsa consignatione defecerit, Jusdicens possit, et debeat, ac teneatur eidem debitori mandare, quatenus compareat in domo residentiae D. Jusdicentis personaliter detentus sub custodia, et sub poena soldorum centum Imper. Et ab inde non recedat donec fuerit creditori plenarie satisfactum. Et ipse debitor si non erit in Burgodomi, quod veniat detentus ut supra sub dicta poena. Et si non venerit, vel venerit, et recesserit, tunc personaliter capiatur, et in carceribus includatur quousque satisfecerit creditori, et poenam solverit.

De cessione bonorum.

Item ad obviandum fraudibus, et malitiis aliquorum fingentium se non habere, et volentium defraudare creditores suos, et quodammodo ad solatium cedunt bonis. Statuimus, et ordinavimus, quod nullus possit cedere bonis paternis, et maternis, ac suis, nec ad successionem bonorum suorum admittatur, nisi primo, et ante omnia fecerit citari coram Rectore, vel Vicario omnes, et singulos suos creditores, quod ad certum terminum compareant, coram dicto D. Rectore, vel Vicario, et ipsis praesentibus vel aliquo, vel aliquibus eorum, vel sal-

tem citatis omnibus cum juramento manifestare teneatur omnia sua bona mobilia, et immobilia, vel semoventia, et jura. Quo facto, si voluerit bonis cedere, Rector, vel Vicarius teneatur facere pulsari Campanas more arenghi tribus vicibus in die mercati, et in pleno mercato teneatur ille, qui voluerit bonis cedere publice cavare sarabulas, et dare de culo ter super lapidem Burgidomi dicendo: Cedo bonis paternis, et maternis, et meis, citatis ad hoc creditoribus, et pulsatis Campanis, ut superius dictum est. Et de omnibus, et singulis appareat publica scriptura, et aliter facta non valeat ipso jure, et ab inde in antea non possint se intromittere de bonis suis, nisi fuerit de voluntate creditorum omnium, vel majoris partis, nec possit per creditores suos postea molestari, nisi venerit ad pinguiorem fortunam, et nisi inventum fuerit fraudom commisisse, et manifestatione bonorum suorum, vel in dictis bonis accessione in antea se intromiserit. Quibus casibus cessio ei non prosit, sed conveniri possit superinde, ac si non cessisset.

De alimentis pro dote non soluta dandis.

Item statuimus, et ordinavimus, quod si aliqua persona promiserit dotem pro aliqua muliere, et non solverit ad terminum in promissione contentum, possit maritus, vel socer eo quod sustinent onera matrimonii, petere omni anno pro interesse, et alimentis dotis a termino in antea soldos duos Imper. pro libra vel alimentare mulierem, et e converso. Si mulieri post annum soluto matrimonio dos soluta restituta non fuerit, teneantur haeredes viri, vel soceri dare ei si petierit omni anno ab anno uno in antea pro interesse, et alimentis dotis soldos duos Imper. pro libra, vel muliorem decenter alimentare, et hoc donec dos fuerit soluta vel restituta. Et per praedicta non praejudicentur viro, vel socero, vel mulieri, quo minus dotem petere possint, et de praedictis omnibus, et singulis Rector, sive Jusdicens teneatur summariam facere rationem.

Quod maritus lucretur tertiam partem dotis uxore mortua sine liberis.

Item statuimus, et ordinavimus, quod uxore mortua sine liberis post desponsationem solemniter, et legittime factam, et consumpto matri-

monio per copulam carnalem, maritus lucretur tertiam partem dotis, ad quam tertiam partem restituendam minime teneatur.

Quod agnati, cognati, vel affines non possint recuperare rem immobilem vendit.

Item statuimus, et ordinavimus, quod quicumque rem immobilem licite compraverit, seu emerit eam nullus agnatus, cognatus vel affinis possit revocare.

De fidejussore exonerando.

Item statuimus, et ordinavimus, quod si quis, vel qui fuerint fidejussores unus, vel plurium personarum, et petierit pro principali se debere exonerari, et principalis citatus comparuerit coram Jusdicente. Jusdicens praecipiat el sub illa poena, quae sibi videbitur, quod infra quindecim dies debeat eum a tali fidejussione exonerare, et indemnem conservare, quo termino elapso Jusdicens ad petitionem fidejussoris possit, et debeat procedere contra ipsum principalem non exonerantem, pignoribus captis, mulcta indicta, et persona detenta, et omnibus aliis juris remediis, quibus ei videbitur. Si vero principalis debitor non comparuerit ad petitionem fidejussoris banniatur de soldis tribus, quinque, et decem Imper. Quibus tribus bannis elapsis Jusdicens possit, et debeat procedere contra eum omnibus juris remediis quibus ei videbitur, ut superius dictum est, donec dictum fidejussorem exoneraverit. Et omnia, et singula summarie, et de plano sine strepitu, et figura judicii, sine datione libelli, vel declarationis, et sine consilio sapientis omni exceptione, et appellatione remotis, et omni juris, ac statutorum solemnitate omissa.

De oblatione fienda per secundum creditorem primo.

Item statuimus, et ordinavimus, quod si plures fuerint creditores, unus debitoris, vel plurium, qui concurrant ad petendum bona ipsius vel ipsorum, et secundus creditor voluerit solvere debitum primo creditori cum expensis legitimis, et solverit cum effectu, vel obtulerit, et deposuerit primo creditore recusante recipere, vel citato non com

parento ad recipiendum. Secundus creditor facta solutione, vel oblatione, et depositione, ut supra dictum est, praeforatur primo, etiam si primus sit potior secundo tempore, et jure. Ita tamen, quod facta solutione primo, seu recepta pecunia deposita per eum, primus teneatur cedere jura, et actiones, quae ei competunt contra debitorem, vel debitores. Idem in omnibus, et per omnia servetur in tertio debitore, quarto, et ulterioribus per ordinem. Et praedicta omnia, et singula fieri debeant, et possint per Jusdicentem summarie, et de plano, sine strepitu, et figura judicii, et sine consilio sapientis, et sine libelli datione, vel declaratione, et omni juris, et statutorum remediis, et solemnitate omissa. Ita tamen quod secundus, tertius, et ulterior creditor audiatur ad praedicta. Si comparuerit antequam bona debitoris adjudicentur in solutum primo creditori, facta vero adjudicatione minime audiatur, cum vigilantibus, et non dormientibus jura subveniant. Salvo quod si primus vellit offerre, et satisdare, aut satisfacere, aliis praeforatur.

Quod emphytheotae, seu massarii teneantur producere instrumenta etc.

Item statuimus, et ordinavimus, quod emphyteotae, seu massarii ad petitionem dominorum teneantur, et debeant producere instrumenta locationum suarum, et manifestare, et cohaerentiare terras, et possessiones de quibus reddunt fictum, censum, decimam, vel aliquid aliud nomine massaritii, vel emphyteotae, vel decimationis; Et Consules Terrarum teneantur, et debeant cum duobus vel tribus de antiquioribus vicinis ipsarum Terrarum manifestare, et cohaerentiare dictas terras, seu possessiones ad petitionem dictorum dominorum. Et ad praedicta omnia, et singula, et quilibet praedictorum compellantur, et compelli possint, et debeant per Jusdicentem summarie, et de plano sine libelli, vel declarationis datione, et sine consilio sapientis, et sine strepitu, et figura juditii, et omni juris, et statutorum solemnitate omissa. Ita tamen, quod semper salvum sit jus omnium personarum non obstante dessignatione praedicta.

Quod Notarius teneatur ponere cartam in imbreviaturis.

Item statuimus, et ordinavimus, quod nullus Notarius explere debeat, nec possit sub poena interesse partis aliquod Instrumentum breve

vel cartam, nisi primo ipsam posuerit distincte in imbreviaturis, seu protocollo. Et quod anteqnam tradat aliquod praedictorum teneatur scribere annum, et indictionem, mensem, et diem, testes, et substantiam contractus, et renunciationes, quas intendit ponere in contractu, et nomina contrahentium, et fidejussorum, si quae essent in contractu, et postea legat, et tradat praesentibus partibus, et testibus, et fidejussoribus. Idem servetur in omnibus, et per omnia in testamentis, et aliis ultimis voluntatibus. Et quilibet Notarius exercens artem Notariae teneatur, et debeat habere unum librum, seu quaternum imbreviaturarum, in quo omnia praedicta distincte ponat sub poena perjurii, et ultra ad restitutionem damni, et interesse parti laesae propter ea. Quod praedicta, vel aliquod praedictorum non servasset ad restituen. omnibus juris remediis compellatur summarie, et de plano sine strepitu, et figura juditii omni juris, et statutorum solemnitate omissa. Item saltem, quod unus testis notus ponatur in quolibet Instrumento. Et hoc statutum legatur singulis sex mensibus ad Banchum, quando fiunt condemnationes, ne Notarii possint ignorantiam praetendere.

Quod nullus Notarius debeat scribere acta in qua sit procurator.

Item statuimus, et ordinavimus, quod nullus Notarius possit, nec debeat subscribere aliqua acta in causa, in qua esset Procurator, vel Advocatus, Actor, Tutor, Curator, vel defensor, et si faceret, non valeant in favorem partis, cujus esset Procurator, Advocatus, Actor, Tutor, Curator et defensor.

Quod Notarius Curiae teneatur dimittere apud Curiam suum prothocollum, seu imbreviaturam.

Item ut homines habere possint sententias, et alias scripturas quae quandoq; hinc retro habere non potuerunt, vel si habuerunt cum magnis laboribus, et expen. propter recessum Notariorum forensium. Statuimus, et ordinavimus, quod quilibet Notarius Curiae teneatur vinculo sacramenti habere unum quaternum, sive librum imbreviaturarum sive protocolli, in quo per ordinem positae sint, et distincte omnes sententiae causarum civilium per eos lectae, et publicatae, et emancipationes, tutelae, et curae per eos stipulatae, et aliae scripturae spec-

tantes hominibus Vallis Ossulae. Quae sententiae, et alia omnia supradicta possint per quemlibet Notarium mandato Jusdicentis reveiari et in publicam formam reduci. Et perindo valeant, ac si reductae essent in publicam formam per primum Notarium; Ita tamen, quod in quibuscunque causis civilibus, quilibet Notarius do dicta Curia possit, et valeat, et ei liceat sic stipuiare, rogare, et tradere, ac scribere quaecunque acta, quascunque scripturas, sententias, et omnia, et singula dictis civilibus causis spectantia, et prout solitum fuit, et est.

In quibus causis possit fieri saximentum.

Item statuimus, et ordinavimus, quod quicunque creditor quocunque tempore possit facere saximentum, et sequestrum de rebus sui debitoris, dum tamen infra decem dies fieri fecerit relationem Curiae Matarellae, et solvat Imperiales duos pro qualibet libra, et uno Notario coram duobus testibus ad minus. Et si per debitorem fuerit petitum assignetur creditori terminus octo dierum, vel minor, si voluerit, infra quem creditor ostendat debitum, de quo fecerit saximentum. esse verum per instrumenta, vel alias probationes legitimas; quod si in aliquo praedictorum deffecerit, eo ipso saximentum sit cassum, et nullum. Et quilibet faciens fieri saximentum teneatur solvere Curiae praedictae Imperiales duos pro libra.

De eodem.

Item statuimus, et ordinavimus, quod si creditor, qui tale saximentum fieri fecerit, si infra sex menses cum effectu non fuerit prosecutus, ab ipso saximento cadat: Et in omnibus praedictis casibus si debitor offerat cautionem idoneam ante extimationem factam de re saxita, vel datione in solutum, si fuerit pecunia, vel quantitas certa determinata dictum saximentum debeat cassari. Si vero alius creditor se opponat, qui dicat se habere in re saxita meliora jura, tunc Rector teneatur statuere terminum octo dierum utriq; creditori, infra quem quilibet ostendat de iure suo. Et habenti potiora jura dicta res saxita assignetur refect. expensis illi, qui fecit saximentum, compensatis tamen in eis expensis litigii. Et in quolibet casu debitore praestante idoneam cautionem, ut supra dictum est, saximentum, debeat cassari nisi debitor. esset de debito convictus, vel confessus, quo casu adju-

dicetur creditori pro debito, et expensis, nisi debitor legitimam fecerit defensionem.

Infra quantum tempus fieri debeat relatio saximenti, et durare saximentum.

Item statuimus, et ordinavimus, quod quilibet, qui fecerit aliquid saxiri, teneatur facere protestari infra decem dies exclusivo relationem servitoris coram Jusdicento, vel Notario Curiae, quod si non fecerit infra dictum terminum, saximentum sit ipso jure nullum et cassum et quilibet, qui saxiri fecerit aliquos, teneatur causam saximenti prosequi, et finiri facere infra sex menses, alioquin elapso ipso termino saximentum sit ipso jure cassum, et ille penes quem saximentum fuerit factum, ab ipso saximento sit ipso jure absolutus.

Qualiter fieri debeat jus forensibus.

Item statuimus, et ordinavimus, quod tale jus reddatur in civilibus causis forensibus, et contra forenses non subditos Domino Domino nostro etc. quale jus redderetur subditis Domini Domini nostri in terra sua.

Quod Procurator teneatur praesentare principalem.

Item statuimus, et ordinavimus, quod quilibet procurator, vel defensor teneatur, et debeat praesentare principalem suum, sive illum, cujus esset procurator, vel defensor ad jurandum de veritate dicenda, et ad respondendum positionibus, et interrogationibus ad terminum sibi datum per Jusdicentem quotiescunque, et quandocunque Jusdicenti videbitur, alioquin procedatur contra illum, cujus se dixit procuratorem, vel defensorem, tamquam contra contumacem, perinde ac si nullus pro eo comparuisset, et de hoc Jusdicens teneatur summariae facere, et de plano, et sine consilio sapientis.

Quod pacta societatis bestiarum non valeant ultra decennium.

Item statuimus, et ordinavimus, quod pacta et instrumenta societatis bestiarum, et socedi, et lactis empti, et bestiarum in Curia, et apium ultra decennium non valeant, nec exigi possint, et hoc non praejudicet minoribus.

Quod majores 25 annis non possint facere finem Tutoribus.

Item statuimus, et ordinavimus, quod adulti, seu majores viginti-quinque annis facti, quando exiverunt de tutela, sive cura, nec etiam infra tempus tutelae, vel curae non possint facere finem, quietationem, transactionem, vel pactum de ulterius non petendo illi, vel illis qui fuerint, vel essent eorum tutores, vel curatores de administratione, seu gestione facta de bonis eorum sine consilio, voluntate, et consensu duorum agnatorum, vel cognatorum dictorum minorum majorum viginti quinque annorum, et homines bonae famae. Et si non haberent agnatos, vel cognatos, vel haberet, et non essent sufficientes, tunc oporteat fieri de consilio Consulum, et duorum vicinorum de melioribus illius Terrae de qua fuerit ille minor, qui omnes supradicti jurent, quod dicta finis etc. non fuerit in detrimentum, nec deceptionem minoris; Ita tamen, quod dicti agnati, vel cognati sint de proximioribus, si habet sufficientes, aliter facta finis, transactio, quietatio, remissio, seu pactum de ulterius non petendo non valeant, nec teneant ipso jure. Et quilibet Notarius, qui sine dicta solemnitate de praedictis fecerit instrumenta puniatur in soldis centum Imper.

De consuetudinibus servandis in solutionibus etc.

Item statuimus, et ordinavimus, quod in civilibus causis, et iis, quae fiunt in causis, et sportulis semper serventur infrascriptae consuetudines in solutionibus fiendis.

Imprimis pro quolibet sacramento contentioso solvatur Curiae Matarellae Imp. duodecim per eum, qui succubuerit.

Item pro litis contestatione negativa Imper. duos pro libra tam pro reo, quam pro actore.

Item pro saximento Imperiales duos pro libra.

Item pro praeceptis voluntarie receptis per eum nihil solvitur Curiae Matarellae, sive dato libello, sive non.

Item pro possessione corporali data, vel datione in solutum per Rectorem, sive Jusdicentem solvatur pro libra Imper. duodecim, et tantum ex parte creditoris; Hoc salvo, quod si semel, vel aliquo istorum capitulorum solutae fuerint sportulae eidem ulterius non cogatur ad solutionem.

Item pro qualibet persona pro prima citatione, si non comparuerit

possit banniri de soldis tribus Imper., pro secunda de soldis quinque Imper., pro tertia de soldis decem Imper.

Item pro bannis civilibus, quae dantur ad bancum juris non possit aliquis pignorari, nisi prius semel citatus fuerit per servitorem Curiae Matarellae, et ad certum terminum venire debeant ad solvendum bannum sub poena quarti, quod si non solverit infra terminum ei statutum ut supra ipsum bannum cum poena quarti ab ipso exigatur, ipsum capiendo, detinendo et pignorari faciendo; Ita tamen, quod licet bannitus, soluerit Curiae id, in quo bannitus est non praejudicetur illi, qui eum banniri fecit.

De Feriis.

Item statuimus, et ordinavimus, quod Festum Sancti Thomae Appostoli 21. Decembris, et ab inde in antea usque ad diem sequentem post Epiphaniam 6. Januarii, per totam diem inclusive sint Feriae, et non reddatur jus: De mense Januarii Festum S. Antonii 17., S. Agnetis 21., S. Gaudentii 22., Conversionis S. Pauli 25., Beati Julii Confess. 31.: De mense Februarii, Purificationis B. Mariae Virginis 2, Beati Blasii 3., Beatae Agathae 5., Cathedrae S. Petri 22., Mathaei Appost. 24.; Et a die Jovis grassae usque ad diem Cineris per totam diem inclusive: De mense Martii, S. Gregorii Ecclesiae Doctoris 12., S. Benedicti 21., Annunciationis S. Mariae 25., septem dies praecedentes Festum Pascatis Resurrectionis Domini, et die septimo sequenti: De mense Aprilis, S. Georgii Martyris 24., S. Marci Evangelistae 25., S. Vitalis 28., S. Petri Martyris 29.: De mense Maji, SS. Appost. Philippi, et Jacobi 1., Inventionis S. Crucis 3., S. Gotardi Episcopi 4., S. Bernardini 20., Dierum Rogationis, sive Litaniarum; Festum Ascensionis in eo mense in quo fuerit, Pentecostes, cum duobus diebus sequentibus, et Festum Corporis Christi in eo mense, quo fuerint: De mense Junii, S. Gratiani 1., S. Barnabae Appost. 11., S. Bernardi 15., SS. Gervasii, et Protasii 19., et ab inde in antea usque ad medium mensem Julii propter messes. Qui dies messium possint minui, augeri, et prorogari per Rectorem secundum varietatem temporum: De mense Julii Sanctorum Quirici, et Julittae 16., Mariae Magdalenae 22., S. Jacobi Appostoli, et Christophori martyris 25.: De Mense Augusti. Vincula Sancti Petri, et Eusebii 1, Translationis Sancti Gaudentii 3., Sancti Dominici 4., Sancti Laurentii Martyris 10, Assum-

ptionis Sanctae Mariae 15., Theoderi Episcepi 16., Edificationis Ecclesiae Sanctorum Gervasii, et Protasii 19, Bartholemei Apposteli 24., Sancti Augustini Ecclesiae Doctoris 28., Decollationis Sancti Joannis Baptistae 29.: De mense Septembris, Nativitas Beatae Mariae Virginis 8., Exaltationis Sanctae Crucis 14., Matthei Appostoli 21., Dedicationis Sancti Michaelis 29., Hieronymi Praesbyteri Ecclesiae Doctoris 30.; Et a medio mensis Septembris usque ad medium mensem Octobris propter vindemias, qui dies vindemiarum possint proregari, augeri, et minui per Rectorem secundum varietatem temporum: De mense Octobris, S. Francisci 4., S. Lucae Evangelistae 18., Appost. Simonis, et Judae 28.: De mense Novembris, Omnium Sanctorum 1., Commemerationis Mortuorum 2., Martini Episcepi, et Confessoris 11, S. Catharinae Virginis, et Martyris 25., Andrae Appost. ultime: De mense Decembris, S. Nicolai Episcepi 6., Ambrosii Episcopi, et Ecclesiae Doctoris 7., Luciae Virginis 13, omnes dies Dominicae, et omnes Sabbati. Salvo, quod de mercantiis inter Mercatores, et inter Forenses, et Burgenses possit etiam die Sabbati jus reddi. Salvo, quod in praedictis Feriis non introductis ad onerem Dei possit jus reddi in omnibus et singulis casibus, in quibus de jure communi reddi potest. Addito etiam, quod in omnibus, et singulis praedictis diebus feriatis etiam introductis in onerem Dei possit, et debeat procedi in casibus et quaestionibus criminalibus, non obstantibus aliquibus juribus civilibus, vel canonicis in aliquo obviantibus; Quibus omnibus, et singulis quantum est in hac parte ex certa scientia derogamus, et derogatum esse volumus, etiam si de praedictis, vel aliquo praedictorum opperteret mentionem fieri specialem. Et in diebus Festivitatum, quarum vocabula sunt in Villis, non possit procedi in Causis civilibus ille die quo fuerit illud Festum contra illos de dicta Villa, ut in Festo S. Britii de Vania contra illos de Vania, nec in eorum favorem nullum jus reddatur.

Quod Fictabilis teneatur consignare Terras, de quibus reddit Fictum.

Item statutum, et ordinatum est, quod omnes Inquilini, et omnes Fictuales, Tenentarii, et Vassalli Terrarum et Possessionum rei hominum Curiae Matarellae, et omnes, et singulae personae reddentes, seu quae reddere tenentur, et consueverint Decimam alicui personae

dictae Curiae praecise teneantur, et debeant consignare, designare et ostendere Dominis dictarum Terrarum, et Decimarum omnes Terras illas, et Possessiones, quas tenuerint, et quas tenent ab eis, et de quibus, et pro quibus tenentur, et debent, et consueverunt reddere dictas Decimas, et Ficta infra quindecim dies prox. futuros, postquam ab eis, et per eos fuerit requisitum. Et Potestas, qui nunc est, et per tempora fuerit teneatur, et debeat compellere juramento, et sub poena ad ejus voluntatem omnes praedictos Inquilinos, Tenentarios, et Vassallos ad consignandum, designandum, et ostendendum dictis Dominis omnia suprascripta, statuto aliquo, in aliquo non obstante.

De eodem.

Item statutum, et ordinatum est, quod homines dictae Curiae, qui reddere consueverunt Ficta, seu condicia, vel Decimam dare alicui personae jurisdictionis Curiae Matarollae, seu habenti causam ab aliquo de jurisdictione praedicta, teneantur per se, et haeredes eorum consignare, et determinare Terras, seu Bona pro quibus solvi, seu dare consueverunt ipsa Ficta conditia Decimae, seu jura, et nullo dato libello, sine litis contestatione, et nulla defensione, seu allegatione obstante, dato tamen termino octorum dierum illi vocato ad judicium causam deliberandi, et consignandi ipsas Terras, Possessiones, et jura, seu Bona, pro quibus dari, vel solvi consueverunt, et tenentur ipsa Ficta conditia, seu Decimam, vel jura praedicta, quae teneatur Dominus Potestas, qui nunc est, et per tempora fuerit executioni mandare praecise per se, vel suos Assessores ad voluntatem ejus, cui ipsa Ficta, seu conditia, et Decimae debentur, seu solvi consueverunt, aliquibus tamen indiciis, seu indicio facto ipsi Domino Potestati, seu Assessori vel Assessoribus ejus per Instrumenta, vel Testes per illum, vel illos, qui petent determinare ipsas Terras, seu Bona, qui Decimas conditia, seu Ficta habent, seu habere consueverunt per se, vel eorum datores in illo loco, unde est talis vocatus ad judicium, per quem, et a quo petitur dicta determinatio, seu consignatio fieri.

De eodem.

Item statutum, et ordinatum est, quod Fictabilis, qui jurabit se nescire Domum, Sedimen, vel Terram, de quo, vel qua solvere consuevit Fictum, seu Massaretium, teneatur consignare Domino, cui sol-

vit, de melioribus suis Bonis aliis non obligatis, ad ratam denariorum duodecim Imper. Ficti, sou valoris tantam Possessionou, quae comuni extimatione valeat ad Fictum, seu Massaretium solvendum Domino ad dictam ratam dictorum deuariorom duodecim Imper. pro libra. Et de dicta Possessione sic assignata Investituram a Domiuo recipore teuoatur, si Domino placuerit. Et D. Potestas, qui erit pro tempore omnibus juris remediis ipsum Fictabilem ad praedicta cogere teueatur, aliquo Statuto in contrarium disponente in aliquo uou obstanto. Et Fictualis, seu Massarius, Collonus, seu Partiarius, qui solverit dictum Fictum spatio annorum quadraginta, vel majori, vel partim solverit restituere uou possit Terram, vel Domum, uec quaestionem luferro possit Domino. Salvo, quod si de antiqua Investitura doceret; Et salvo, quod dictus Fictabilis possit deuuutiare Domino pro melioramentis dominii secundum jus commune.

Usque ad quantam quantitatem succedat Mater filio decedenti ab intestato.

Item statutum, et ordinatum est, quod uulla Mater filio decodente sine Testamento succedat, nisi in liberis docem Impor. pro quolibet centenario aeris ipsius decedentis sint Bona ipsius decedentis, quanti velint valoris, existentibus Agnatis ipsius decedentis usquo ad septimum gradum computandum secundum jura civilia. Etiam si talis decedeus esset intestabilis, in quibus quidom libris dccem Impor. pro quolibet centenario aeris ut supra non succedat, si transeat ad secunda vota, et ipsa trauseunte ad secunda vota non succedat nisi in soldis centum Imper. in totum.

De non ministrando jus Clericis.

Item statutum, et ordinatum est, quod Officialos Curiao Matarellae nou ministrent jus Clericis contra corum Debitores, nisi D. Episcopus Novar. constituerit in Ossula in jurisdictione dictao Curiae unum Vicarium in spiritualibus, coram quo ipsi Clerici a Creditoribus suis possint conveniri.

De solutione Carcerum.

Item statutum, et ordinatum est, quod si contingat aliquom Carceribus mancipari quavis occasiono, tunc solvat pro introitu Carceris sol-

dos duos Imper., deinde quolibet die pro custodia denarios sex, et non ultra, et pro exitu nihil solvat, et quod jusdicens teneatur infra duos menses a die detentionis suae ad plus ipsum talem detentum absolvere, vel condemnare, et ita similiter solvat de alio quovis Carcere.

De solutione executionum fienda famulis, et servitoribus Curiae Matarellae.

Item statutum, et ordinatum est, quod famuli Rectoris Curiae Matarellae, et servitores dictae Curiae pro eorum mercede officium exercendo in dicta jurisdictione Curiae Matarellae non habeant, nec percipiant, nec habere, nec percipere possint pro eorum mercede, et salario causa exigendi emolumenta, et condemnationes dictae Curiae, nisi pro primo banno denarios sex, et pro secundo banno simul soldum unum Imper., et pro tribus bannis, et pluribus, et pro condemnationibus soldos duos Imper., et quod pignora, quae derubabuntur per famulos et servitores deponantur penes Consulem, seu Consules illius Terrae, de qua erunt vel sunt per decem dies continuos, et si dicta pignora non fuerint exacta, quod deinde consignentur Notario Curiae Matarellae ipsa conservaturo usque ad alios decem dies, quibus terminis elapsis subhastentur. Et si quid plur. valoris fuerint, restituantur debitori. Si vero aliquam executionem fecerint pro licentiis contra debitores ad instantiam alicujus non habeant, nec habere possint, nisi soldos duos Imper. pro qualibet licentia ascendente usque ad quantitatem librarum decem Imper. inclusive, et a libris decem Imper. supra usq; ad libras quinquaginta Imper. inclusive soldos quinque Imper. et a libris quinquaginta Imper. supra, soldos decem Imper. et non ultra.

Quod Rector, seu potestas Curiae Matarellae, et ejus familiares non perseverent in officiis ultra annum unum.

Item statutum, et ordinatum est, quod Rector seu Potestas Curiae Matarellae, et ejus familiares non perseverent nec stare possint in officiis Curiae Matarellae ultra unum annum, nisi fuerit de voluntate hominum Curiae Matarellae, et finito termino teneatur relinquere in manibus successoris omnia fulcimenta, et utensilia domus per inventarium, et quod ipsi Offitiales in Burgo Domi Ossulae sindicentur per Sindicatores ad hoc deputatos, qui Sindicatores teneantur, et debeant

in dicto Burgo Domi Ossulae dictos Offitiales sindicare per diffinitivam sententiam inclusive.

De non tenendo aliquos Officiales, nec famulos, qui fuerint, et steterint cum suo proximo, et immediato praecessore.

Item statutum, et ordinatum est, quod nullus Potestas, seu Rector Curiae Matarellae, qui praeerit de caetero dicto Officio, non possit, nec debeat secum in dicto Officio tenere aliquem, nec aliquos collaterales, nec famulos, qui fuerint, et steterint cum suo proximo, et immediato praecessore.

Quod libri emolumentorum Curiae Matarellae, et condemnationum remaneant penes Notarium Curiae.

Item statutum, et ordinatum est, quod libri emolumentorum Curiae Matarellae, et condemnationum, ac filciae, scripturae, et processus criminalium causarum remaneant penes Notarium dictae Curiae, et quod sit exactor dictae Curiae, et quod de exactis respondeat Officialibus pro eorum salario, ipso notario recipiente, debitores Curiae cassando. Et quod ipsi Officiales dent familiam ad exigendum debita Curiae, et hoc ad evitandum errores, quibus involvuntur homines ad solvendum bina, et trina vice pro uno debito defectu cassationis de eis non factae.

Quod nullus Officialis possit aliquas compositiones facere.

Item quia temporibus retroactis Officiales persaepe defraudaverunt Communitatem Curiae Matarellae in faciendo compositiones secreto modo cum inquisitis, et denunciatis ante condemnationes de eis factas, ex quo delicta remanserunt impunita. Statutum, et ordinatum est, quod nullus Officialis dictae Curiae audeat, nec praesumat de caetero hujusmodi facere compositiones sub poena amissionis salarii unius mensis, toties, quoties contrafecerit, et compositionem aliquam fecerit.

Quod debitores possint conveniri ratione contractus.

Item statutum, et ordinatum est, quod quilibet debitor ratione contractus mercantiarum, fictorum, et aliarum quarumcunq: rerum, pro quibus, et in quo loco solutionem promiserit, et se obligaverit, seu

mercatum fecerit, possit pro ipsis debitis convenire debitorem sub judico creditoris, aliquibus privilegiis in contrarium dispon. in aliquo non obstantibus.

Quod possint omnia vendenda vendi impunc.

Item statutum, et ordinatum est, quod omnia lignamina, bladum, bestiae, volatilia, pisces, venationes quaecunq; et omnia alia, quae vendenda sunt, possint in jurisdictione Curiae Matarellae vendi impune, cui, vel quibus voluerit.

De praeceptis spontaneis.

Item statutum, et ordinatum est, quod in Jurisdictione Curiae Matarellae praecepta sponte suscepta obtineant vim sententiae diffinitivae: Salvo, quod si reus voluerit staro sacramento creditoris, si receperit do debito in toto, vel in parte, quod tunc creditor compellatur jurare, vel referre. et hoc si facere noluerit, stetur sacramento debitoris in contumaciam creditoris.

De ordine criminalium causarum.

In primis statutum, et ordinatum est, quod Rector, Potestas, sive Jusdicens, qui per tempora praefuerit Officio Curiae Matarellae Domi Ossule Episcopatus Novar. possit, et valeat procedero in quibuscunq, delictis malefitiis, et excessibus commissis, et perpetratis tempore sui regiminis. et per sex menses ante, et non ultra ex ejus mero Offitio, et per inquisitionem, praecedentibus tamen legitimis inditiis, de quibus fiat scriptura por Notarium malefitii dictae Curiae super uno libro, qui penes ipsum Notarium remanere debeat, quae inquisitio taliter formata praecedentibus inditiis, quae contineat nomen, et cognomen rei inculpati, malefitium commissum cum anno, et menso, et loco commissi criminis, saltem cum duabus coherentiis transmittatur in scriptis reo inculpato personaliter, vel ad domum ejus habitationis, si habere reperiatur. Et si non habere reperiatur ad locum commissi malefitii, et etiam alta voce citetur in die mercati super lapide Burgidomi cum termino trium dierum ad comparendum, et respondendum ipsi inquisitioni, et ad se defendendum, et promittendum, et fidejubendum de stando, et parendo juri, et mandatis praefati Domini Jusdicentis, et de solvendo quamcunque condemnationem contra eum

fiendam occasione dicti malefitii: Et hoc si inculpatus veniret puniendus poena pecuniaria secundum formam infrascriptorum statutorum, et si dictae inquisitioni infra dictum terminum respondiderit negando per se vel per Procuratorem, promittendo, et satisdando ut supra, ejus comparitio admittatur etiam sine juramento, existentibus testibus, et si non fuerint testes, tunc inquisitus suprascriptus teneatur respondere cum juramento, qui postquam juraverit Rector, sive Jusdicens non possit, nec valeat contra talem inquisitum respondentem cum juramento procedere ad ulteriora nisi secundum ipsius responsionem, et repetitis inditiis superinde assumptis per Dominum Jusdicentem idem Dominus Jusdicens teneatur, et debeat mandare dicto inquisito, quatenus infra octo dies veniat ad accipiendum copiam dictorum inditiorum, et totius processus superinde facti, quae copia fiat, et detur autentice subscripta per notarium malefitii banchi Domini Jusdicentis, quo termino elapso dictus Dominus Jusdicens teneatur statuere terminum dicto inquisito quindecim dierum ad minus faciendi quascunq; defensiones suas, quae admitti debeant, et recipi bona fide, et sine fraude, et demum per ipsum Jusdicentem justitia median. procedatur, et procedi debeat, et teneatur ad condemnationem, seu absolutionem secundum limitationem poenarum, de quibus in infrascriptis Statutis fit mentio infra terminum aliorum quindecim dierum, seu plurium praefati Domini Jusdicentis arbitrio inspecta qualitate facti, et conditione personarum. Si vero talis inculpatus comparuerit, et respondiderit affirmando dictam inquisitionem, intelligatur, et sit ei remissa quarta pars poenae ipso jure, et facto. Et si pacem habuerit cum offenso ante secutam condemnationem intelligatur, ei remissa alia quarta pars totius poenae, etiam si esset poena pecuniaria loco poenae corporalis In aliis vero delictis, malefitiis, et excessibus commissis, et quae commitentur ut supra, in quibus ingereretur poena sanguinis, vel afflictiva, aut in consequentiam poena sanguinis, nisi in termino statutorum infrascriptorum poena pecuniaria solveretur, serventur quae superius dicta sunt, procedendo, et condemnando singula singulis congrue refferendo. Salvo quod in praedictis casibus, in quibus ingereretur poena sanguinis, teneatur inculpatus personaliter comparere, et procurator in dictis casibus non admittatur: et locum non habeat pax, nec remissio in casibus, in quibus sola poena sanguinis ingeritur. Sed in dictis casibus procedatur contra praedictos inculpatos ad con-

demnationem, vel absolutionem secundum dispositionem infrascriptorum Statutorum, prout juri, et Justitiae videbitur convenire, ita quod delicta non remaneant Impunita: In casibus autem stupri, incestus, et adulterii non possit nec valeat Jusdicens dictae Curiae procedere, nisi per quaerelam, vel accusam Mariti, Patris, Fratrum, Affinium, et Parentum usq; ad tertium gradum Mulieris, secundum jus Canonicum computandum praedictum gradum, qui, et non alii admittantur ad querelandum, et accusandum, de dictis criminibus stupri, incestus, et adulterii, in quibus procedi debeat secundum dispositionem infrascriptorum Statutorum, et si praedicti superius inquisiti non comparuerint, et contumaces fuerint, detur eis bannum ecte dierum ad banchum juris publice, et alta voce per servitorem communis Curiae Matarellae, in quo quidem banno continetur nomen, et cognomen inculpati, et delictum commissum cum anno, mense, et loco, et cum duabus coherentiis. Et si bannitus venerit, et comparuerit ut supra admittatur, et eximatur, nisi fuerit bannitus de homicidio, et robaria stratae, vel proditione Illustriss. DD. Nostrorum, vel alio maleficio, pro quo poena corporali puniri deberet, non eximatur, nisi in fortiam D. Jusdicentis comparuerit, et venerit, et solverit Curiae predictae soldos centum Imper. Et si contumax fuerit in primo termine, et in termino bannl habeatur pro convicto, et confesso, et tanquam convictus, et confessus condemnetur de eo maleficio, de quo est inculpatus, et aliter si processum fuerit per Dominum Jusdicentem ipso jure, et facto sit nullius valoris, et momenti talis processus. Et item Jusdicens incurrat poenam librarum quinquaginta Imper. pro medietate Ducali Camerae, et pro alia medietate Curiae Matarellae ipso jure, et facto, et sine aliqua contradictione irremissibiliter applicandarum.

Quod in causis criminalibus procedi possit etiam in diebus ferialis.

Item statutum, et ordinatum est, quod in causis criminalibus, ubi poena sanguinis ingeratur, praefatus D. Jusdicens possit quocunque tempore procedere, non obstantibus aliquibus feriis etiam in honorem Dei introductis.

Quod Consules locorum teneantur denuntiare maleficia.

Item statuimus, et ordinavimus, quod omnes, et singuli Consules locorum, et Viliarum Curiae Matarellae, et loci Domi, infra tres dies post commissum maleficium in eorum Terris, et locis infrascriptis teneantur denuntiare D. Rectori, seu Jusdicenti dictae Curiae omnia maleficia, delicta, et excessus, homicidia, robarias, incendia, raptus mulierum, feritas cum sanguine, rixas, et rumores, quae fiunt in eorum Villis, et Terris, vel Territorio, et hoc sub poena soldorum viginti Imper. pro qualibet vice, ad quam poenam non teneantur, si prius de ipso maleficio coram eo D. Jusdicente publica accusatio fuerit deposita, vel idem Consul juraverit se ignorasse, ita tamen, quod si maleficium fuerit publicum, vel esset fama de eo, non prosit Consuli talem ignorantiam allegare, quam quidem denuntiam idem Consul teneatur deferre in scriptis cum nomine, et cognomine inculpati, et contra quem, seu quos commissum est maleficium cum anno, et mense, et in quo loco fuerit commissum ipsum maleficium, saltem cum duabus cohaerentiis, et cum illis testibus, quos idem Consul reperire potuerit interfuisse ipsi maleficio, postquam quidem denuntiam idem Jusdicens procedere teneatur, prout in primo statuto, et aliis fit mentio.

De modo procedendi per querelam, seu accusam.

Item statutum, et ordinatum est, quod in quocumq; maleficio quocumque, et qualitercumque commisso, tam ante regimen Officii Jusdicentis, quam tempore sui regiminis idem D. Jusdicens possit, et valeat procedere ad querelam, seu accusam partis offensae, in judicio sponte porrigendam cum nomine, et cognomine accusantis, seu querelantis, et querelati, seu accusati, et maleficium commissum cum anno, mense, et loco commissi criminis, et cum inscriptione testium examinandorum pro verificatione contentorum in dicta querela, seu accusa, ut praemittitur porrigenda, ultra quos testes descriptos super dictis querela, seu accusa, non possint addi alii testes, nisi semel tamen parte citata, et in accusa taliter porrigenda, teneatur accusas jurare, et satisdare de causa prosequenda. Salvo quod in facto proprio, vel filiorum, vel Uxoris si juraverit propter paupertatem se satisdare non posse, vel non invenerit. Nihilominus admittatur, et su-

per eis procedatur, et procedi debeat per praefatum D. Jusdicentem prout in primo statuto continetur: Et si accusans non probaverit, vel remiserit dictam accusam teneatur solvere Curiae praedictae soldos viginti Imper., et ulterius condemnetur in expensis dupplicatis accusato, et porrectis dictis accusis, denuntiis, seu querelis, et seu habita notitia per ipsum officialem de aliquo maleficio, de quo procedi necesse esset per inquisitionem, teneatur Jusdicens infra quattuor dies ad plus inchoare processum contra denunciatos, accusatos, querelatos, seu inculpatos, et diffinire, et terminare condemnatorie, sou absolutorie, prout jus suadebit ad plus infra 40 dies utiles a die inchoati processus, sub poena salarii unius mensis Camerae Ducali applican.

Quod accusans non teneatur se inscribere ad poenam talionis.

Item statuimus, et ordinavimus, quod accusans non tenoatur se inscribere in accusa ad poenam talionis sed solummodo juret, et satisdet do accusa prosequenda, prout in praecedenti statuto continetur.

De cridis, et praeceptis fiendis sub certa poena.

Item statutum, et ordinatum est, quod si contingat per Jusdicentes dictae Curiae Matarellae ex officio, sou ad instantiam alicujus personae dictae Curiae aliquas cridas, sen proclamationes, sive praecepta, verbo, vel in scriptis fieri facere super damnis inferendis, seu aliter quod in ipsis proclamationibus non imponatur, nec imponi possit poena gravior, et major, quam continoatur in statutis dictae Curiae Matarellae super damnis datis, turbationibus, et occupationibus disponen. possit tamen Jusdicens, et Rector, vel officialis pro utilitate Ducali, et ad evitandum rumores, et incendia, et pro capiendo bannitos, et pro evidentibus, et manifestis causis, et utilitatibus totius Curiae Matarellae fieri facere quascumq; concutiales cridas, et speciales, ac quaecumq; praecepta sub eis poenis, quae idem Officiali, vel Rectori videbitur inspecta qualitate facti, et causa, pro qua ipsam cridam fieri fecerit.

De non carcerando aliquem, qui velit fidejubere.

Item statutum, et ordinatum est, quod nullus accusatus, inquisitus, vel denunciatus ex crimine, de quo solum poena pecuniaria puniri

debeat, non possit carcerari, si paratus fuerit fidejubere do stando, et parendo juri, mandatis praefati D. Jusdicentis, et de solvendo id, quod condemnari potuerit pro illo debito, salvo quod in casibus, in quibus ingereretur, vel ingeri posset poena sanguinis possit, et debeat detineri, et in carceribus includi.

De non ponendo aliquem ad torturam.

Item statutum, et ordinatum est, quod nullus ponatur ad torturam, nisi praecedentibus causis, et legitimis inditiis secundum formam juris, vel publice sit infamatus de illo maleficio, de quo est accusatus, inquisitus, et denunciatus, quae fama probabilis sit: Et si praecedentibus legitimis inditiis, qui merito positus fuerit ad torturam non possit ex eodem delicto ad tormentum repeti, nisi supervenientibus aliis inditiis.

Infra quantum tempus debeant solui condemnationes.

Item quia parum prodesset sententias proferre, nisi executioni mandarentur, statutum, et ordinatum est, quod quicumq; non solverit condemnationem factam contra eum infra decem dies, a die latae sententiae, incurrat poenam quarti pluris ipso jure, et facto facta prius denunciatione ipsi condemnato, quod veniat ad solvendum.

Ubi debent legi banna, et sententiae.

Item statutum, et ordinatum est, quod omnia banna, et omnes sententiae, et omnes condemnationes maleficiorum, publice legantur ad banchum juris Curiae Matarellae in die mercati, et non aliter, et nomina bannitorum dentur Consulibus Villarum, habentium Consules per Notarium banchi maleficii, ad hoc, ut habeant notitiam ipsorum bannitorum.

De poenis delinquentium, et primo de privatis delictis, videlicet de furto.

Item statutum, et ordinatum est, quod si aliqua persona furtum fecerit in Ossula, valoris soldorum quinque Imper. usq; in viginti Imper. puniatur in soldis sexaginta Imperial. Si vero furtum fecerit a soldis viginti Imper. supra, usq; ad solidos centum Imp. puniatur in libris decem Imper., quas poenas nisi solverit infra decem dies post

factam condemnationem, fustigetur per Terram Burgidomi: Et si furtum fecerit a soldis centum Imper. usq; ad libras decem Imper. puniatur in libris viginti Imper. Et si furtum commiserit a libris decem Imper. usquo ad libras viginti quinque Imper. puniatur in libris quinquaginta Imper. Et si praedictas libras viginti: vel quinquaginta Imper. in dictis duobus casibus non solverit infra decem dies post condemnationem, amputetur ei manus dextra, sic quod separetur a brachio: Si vero furtum ascenderet a libris viginticinque Imper. usq; ad libras quinqnaginta Imper. vel abinde supra quantaecunq; quantitatis extiterit publicis furcis suspendatur, ita quod moriatur. Et praedictae poenae applicentur Curiae Matarellae, de quibus supra fit mentio. Si vero commissa fuerint due furta cujuscumque valoris incidatur ei una auricula: Si vero plura, quam duo furta commiserit cujuscumq; valoris, ita quod dicatur publicus latro, publicis suspendatur furcis, ita quod moriatur, et in quolibet praedictorum casuum procedatur per D. Jusdicentem secundum formam contentam in primo Statuto, et condemnetur tales furta committentes ad restitutionem rei, seu valoris ipsius rei furte subtractae illis, quibus dictum furtum fuerit subtractum cum poena legitima damnum passo, et in praedictis poenis non habeat locum contra minores quattuordecim annorum.

De eodem.

Item si quis inventus fuerit in aliqua dome, vel sedimine tam propria, quam conducta furando tempore noctis, accipiendo, vel exportando aliquid de ipsa domo, liceat, et licitum sit illi cujus est dicta domus, vel sedimen propria, vel conducta ut supra, et omnibus de familia sua, illum vel illos sic repertos capere, et detinere clamando vel aliquod signum faciende, et in fortiam Rectoris, vel Jusdicentis consignare, et si eum aliter capere non possit, et eum vulneraret, vel percuteret, et interficeret clamore super praemisso per eum, vel suam familiam ad furem transeat sine poena ille, qui taliter inventum percusserit, vulneraverit, vel interfecerit semper cum clamore, ut supra dictum est.

De receptationibus furtorum.

Item quia sine receptatione furtorum latro diu manere non potest occultus, statutum, et ordinatum est, quod si quae personae recepta-

verint aliquam rom, furto subtractam, puniatur in poena dupli valoris rei furto subtractae, et recetata applican. Curiae Matarellae, et ulterius ad restituendum damnum passo rei valoris furti subtracti.

De poena dantium damnum, vel guastum.

Item statutum, et ordinatum est, quod qnaecunq; arbores insitas castanearum, vel eorum ramos viridos inciderit, vel fregerit, vel quascunq; arbores insitas alienas, solvat pro banno Curiae Matarellae soldos decem Imper. pro qualibet vice, si vero non fuerit insita, solvat soldos quinque Imper. Qui vero pasculaverit in prato alieno, vel blado, vel clauso tenso cum bestiis minntis, solvat soldos tres Imper. pro poena. Si quis in aliena vinea, vel clauso, seu prato cnm bestiis vel sine bestiis ingressns fuerit damnnm dando, solvat soldos quinque Imper. Si vero eqnus, vel eqna, seu capra alicnjus inventus fuerit in vinea, prato, vel clauso alieno solvat Dominus equi, vel equae, vel caprae soldos decem Imper. pro qualibet vice, et si de nocte praedictae poene duplicentur. Qui vero carizzaverit pratum alienum, vel campum seminatum, solvat soldos dnos Imperial. Et ultra praedictas omnes poenas teneatur solvere damnum passo secundum extimationem extimatornm locorum.

De damnis restituendis per Communia.

Item statuimns, et ordinavimns, quod si damnnm, guastnm, vel incendium clam datum fuerit in domibus, cassinis, arboribus, azimis, bladi, vini, foeni, vel straminis, vel animalibns qnibnscunque in Ossula, praedicta damna, guasta, vel incendia emendari faciat Rector, sive Jusdicens infra mensem: si ab eo petitnm fuerit snmmario secnndum extimationem dnorum hominum legalium de Ossula per praef. D. Jnsdicentem eligendorum damnum passo per homines Villae illius in cujns loco, sen territorium commissum fuerit, a qua poena ipsa Villa liberetnr, si malefactorem infra dictum mensem consignaverit in fortiis D. Rectoris: Et si dicta Villa fuerit duodecim focorum, vel pauciorum Villa propinquior ad contributionem pro snis facnltatibns teneatur ad emendationem dicti damni pro debita rata; Et si postea sciri potuerit, quis fuerit malefactor ad petitionem Villae, vel loci teneatur Rector tantnm de bonis ipsius malefactoris dari facere praedictis, qui dictum damnum sustulerint, quod conserventur indemnes: Et

ultra puniatur secundum formam juris, et Statutorum Curiae Matarellae.

De poenis facientium incendium, et dantium damnum.

Item statutum, et ordinatum est, quod si quis incendium fecerit, vel damnum, vel guastum dederit, vel fieri fecerit alicui personae a libris 25 Impor. supra puniatur in libris quinquaginta Imperial. Curiae Matarellae, et damnum datum restituat damnum passo, quas libras quinquaginta Imper. si non solverit infra decem dies a die latae sententiae, si fuerit in fortiam Rectoris, et si non fuerit in ejus fortiam tempore latae sententiae, si non solverit infra decem dies, tunc talis condemnatus quandocunque pervenerit in fortiam D. Rectoris praedicti, comburatur, taliter quod moriatur. Si vero damnum ascenderit a libris 25. Imper. infra usque ad libras decem Imper. puniatur in libris 25. Imper. et ad restitutionem dupli damni damnum passo, et si non solverit ut supra infra dictum terminum decem dierum, amputetur ei manus, ita quod a brachio separetur. Si vero damnum, vel guastum, vel incendium ascenderit a soldis centum Imper. infra, condemnetur in duplum extimationis damnorum, quae poenae applicentur Curiae Matarellae, et ulterius in quolibet casu restituat damnum duplum, et in quolibet praedictorum casuum compellatur ad solutionem faciendam damnum passo summarie, et de plano sine strepitu, et figura judicii, et si fuerit, vel venerit in fortiam Rectoris, non relaxetur, donec praedicta integre satisfecerit et praedicta, nec aliquod praedictorum non vendicent sibi locum in bestiis inventis, et damnum dantibus in aliquibus terris, et possessionibus, ad quod damnum tamen teneantur Domini bestiarum damno passo juxta extimationem fiendam per extimatores locorum, et villarum, in quorum, territorium dictum damnum illatum fuit.

De poena occupantium alienam possessionem, et exportantium aliquod seminatum, et extirpantium terminos.

Item statutum, et ordinatum est, quod quicunque occupaverit, turbaverit, et spoliaverit aliquam possessionem alicui, propria auctoritate, et sine judiciali licentia, condemnetur in soldis viginti Imper. et ad restitutionem possessionis dicto spoliato, cum omni damno possessionis, et jus, quod habet, seu habere praetendit in dicta posses-

sione occupata ipso jure amittat, qui vero abstulerit, seu extirpaverit in possessionem alicujus personae arborem, vel novellam plantam, vel aliquod seminatum, tam de buschis, quam de terra, vel pratis, vel lignis quibusqq; sint, fructiferis, sive non, si res ablata, vel exportata fuerit valoris denariorum duodecim Imper. vel ultra, solvat Curiae Matarellae soldos quinque Imper. si valoris fuerit infra denarios duodecim Imper. solvat pro poena soldos tres Imper.; si quis vero extirpaverit aliquos terminos fixos, et plantatos de partium voluntate, vel Judicis auctoritate, contra voluntatem partis adversae, vel ipsa inscia,et irrequisita, solvat pro poena libras vigintiquinque Imper. et nihilominus in quolibet casu teneatur ad restitutionem rei cum poena legitima, et in expensis duplicatis damnum passo.

De non recipiendo aliquam rem ab aliquo ribaldo, vel bannito.

Item statutum, et ordinatum est, quod nullus accipiat aliquam rem scienter ab aliquo ribaldo, seu bannito, vel homine malae famae, vel ab eo pignus accipiat, et si quis contrafecerit, si res fuerit reperta furtiva derobata, et fuerit valoris soldorum quinque Imper. et abinde infra solvat Curiae Matarellae sold. 20. Imper. Si vero fuerit valoris soldorum decem Imper. solvat soldos centum Imper. et insuper teneatur ad restitutionem rei furtivae derobatae, et pignoris ad quod compellatur summarie, sine strepitu, et figura judicii. Si vero receptans negaverit rem penes se habere, et repertus fuerit penes se habere, et rem esse furtivam, vel derobatam, puniatur ac si furtum, vel robariam fecisset.

De non plantando arbores facientes umbram.

Item statutum, et ordinatum est, quod nullus plantet, seu plantari faciat, seu plantatam teneat aliquam arborem facientem umbram nocivam suo vicino, in campo, vinea, vel sedimine, prope terram vicini ad tria spatia, et contrafaciens teneatur ad petitionem vicini dictas arbores removere infra mensem facta extimatione, et restitutione plantae hinc retro plantatae Domino plantae, vel ex tunc incurrat in poenam soldorum quinque Imper. et ad extirpandum dictas arbores nihilominus compellatur per Rectorem exceptis vitibus, et ramponis inferioribus uno spatio cum dimidio.

De verbis iniuriosis, et blasphemantibus Deum, vel Sanctos, vel Sanctas ejus.

Item statutum, et ordinatum est, quod quicumque dixerit verba iniuriosa Rectori, vel Vicario Curiae, qui pro temporibus fuerit in officio Curiae Matarellae, puniatur in soldis sexaginta Imper. Si vero dixerit Notariis commorantibus in jurisdictione Curiae Matarellae, puniatur in soldis 40. Imper. Si vero dixerit alteri personae, videlicet tu mentiris, vel appellaverit eum proditorem, homicidam, falsarium, vel aliud verbum iniuriosum, vel mulierem appellaverit meretricem, si non fuerit meretrix publica, solvat soldos quindecim Imperial. Si vero coram Rectore, in domo Rectoris, vel ad banchum juris poena duplicetur. Si vero aliqua persona blasphemaverit Deum, vel Virginem Mariam, et Sanctos, vel Sanctas ejus, incurrat poenam soldorum quadraginta Imperial. pro qualibet vice, quos si non solverit infra terminum sibi datum per Rectorem ponatur ad berlinam, vel ad cathenam, et ibi stet per unam horam, et non dicatur blasphemia jurando ad, et per fidem corpus, et sanguinem Dei vel Sanctorum, vel similia, et quicunque blasphemaverit in praesentia Jusdicentis duplicetur poena, de qua supra, et si quis juraverit per corpus, vel sanguinem, vel membra Dei, et ejus Matris Virginis Mariae in vanum, incurrat poenam sold. quatuor Imper. pro qualibet vice, si vero Sanctorum, incurrat soldorum duorum Imper.

De poena facientium insultum ad domum habitationis, vel in strata.

Item statutum, et ordinatum est, quod quicunque fecerit insultum contra aliquem ad domum habitationis suae, cum armis prohibitis, appensate, componat libr. 25. Imper. Mediolani, si vero in strata publica de loco ad locum, solvat soldos centum Imper. si vero sine armis prohibitis solvat medietatem dictae poenae, habita distinctione quando insultus factus fuit ad domum, et quando in strata. Si vero alibi fecerit insultum, quam in locis praedictis, si cum armis soldos sexaginta Imper. si sine armis soldos viginti Imper.

De poena incidentium, vel extirpantium arbores.

Item statutum, et ordinatum est, quod quicunque luciderit, vel excoriaverit, vel extirpaverit arborem alienam fructiferam, vel inscidatam, a tribus annis supra, cujusvis valoris a soldis decem Imper. exclusivo condamnetur Curiae Matarellae in soldis quinque Imper. pro banno, et in duplum damni damnum passo juxta extimationem fiendam per extimatores Villarum, et locorum, in cujus territorio datum fuit dictum damnum, et sic arbor sic incisa, vel excoriata, vel extirpata valuerit soldos decem Imper., vel abinde supra solvat pro banno dictae Curiae tantum quantum valebat dicta arbor, et Domino arboris emendet damnum in duplum, dummodo praecedat accusa per damnum passum, ut in praecedentibus statutis fit mentio.

De poena clamantium auxilium sine causa.

Item statutum, et ordinatum est, quod quicunque clamaverit auxilium sine causa, sive foras condemnetur in soldis 20. Imper.

De publicis indiciis, adulteriis, et stupro.

Item statutum, et ordinatum est, quod si quis habuerit rem cum virgine, vel vidua, vel muliere nupta non faciente publice quaestum sui corporis, sine violentia condemnetur in libris tribus Imper. pro quolibet pro commissis per eos abinde retro, postquam fuerit denunciatum ad officium. Si vero cum Religiosa condemnetur in duplum, si extra Monasterium, si vero in Monasterio condemnetur in poena capitis; si vero cum violentia fuerit, et in quolibet praedictorum casuum condemnetur in libris quinquaginta Imper. et in ictibus tribus cordae, et in dicto casu violentiae, si fuerit virgo, vel vidua, si non sit uxoratus, vel ipsa uxorata debeat ipsam in uxorem accipere, vel dotare secundum qualitates personarum arbitrio Jusdicentis; si quis vero tenuerit alienam uxorem publice in concubinam puniatur in libris decem Imper. pro quolibet eorum pro commissis per eos abinde retro, postquam fuerit ad officium denunciatum. Quod si praedictas poenas non solverit ad terminum sibi datum per Jusdicentem, puniatur per Rectorem in duplum, et hoc si culpabilis fuerit in praedictis sine violentia commissis, vel aliquo eorum accusatus, vel denunciatus fuerit Jusdicenti per Maritum, Patrem, Matrem, Fratrem, Sororem, Agnatum,

vel Cognatum, vel affinem in tertio gradu mulieris, ita quod primo admittatur Maritus, et alii successive potiores in gradu singula singulis congrue referendo, et aliter non possit super ipsis sine violentia commissis procedi; Salvo quod si delinquens sine violentia in casibus praemissis, fuerit in casu, in quo matrimonium contrahi possit, et contrahat cum effectu in praesentia Jusdicentis, et sponsalia per verba de praesenti fiant, quod a dicta poena liberati sint, et de actis Curiae cancellentur. Et si quis commiserit incestum cum affine usque ad quartum gradum inclusive puniatur secundum dispositionem juris communis.

De poena facientium rixas, et feritas.

Item statutum, et ordinatum est, quod si quis alia die, quam in die mercati cum rixa percusserit, vel vulneraverit aliquem, vel aliquos sine armis vetitis, sine sanguinis effusione condemnetur Curiae Matarellae in soldis viginti Imper. Et hoc si fuerit levis percussio, si vero fuerit gravis, condemnetur in soldis centum Imper. Si quis vero percusserit cum sanguinis effusione sine armis ut supra, si levis fuerit percussio solvat soldos quadraginta Imper. si percusserit alibi quam super facie, et si super facie solvat soldos octuaginta Imper. si dicta percussio fuerit gravis alibi, quam super facie solvat soldos octuaginta Imper., et si fuerit super facie solvat libras sex Imper. si vero percusserit, vel vulneraverit cum armis alibi, quam super facie sine sanguine, si levis fuerit percussio solvat libr. quatuor Imper., et si fuerit super facie solvat soldos centum Imper., si vero percusserit cum dictis armis alibi, quam super facie cum sanguinis effusione, si levis fuerit percussio solvat soldos centum Imper., et si super facie solvat libras octo Imper. et si dicta percussio fuerit gravis alibi, quam super facie solvat libras octo Imper. et si super facie solvat libras sexdecim Imper. si vero fuerit gravior, et super facie cum armis ut supra, et cum sanguinis effusione solvat libras viginti Imper. salvo quod si talis fuerit percussio, per quam remaneret cicatrix in facie, et non alibi, condemnetur in libris 25. Imper. salvo etiam si dicta percussio fuerit talis, per quam remaneat, et veniat debilitatio alicujus membri condemnetur talis percutiens in libris quinquaginta Imper. Et ulterius praedictis omnibus, et singulis casibus condemnetur talis percutiens versus percussum ad restitutionem damnorum, interesse, et expensarum per

percussum, seu vulneratum quomodolibet patiendarum, et fiendarum, de quibus stetur juramento percussi. Et si venerit in fortiam Domini Rectoris, non relaxetur donec de praedictis omnibus, et singulis satisfecerit dicto tali percusso, vel idoneam fidejussionem infra decem dios prox. fut. dederit, et praedicta locum non habeant in Patre, et Matre Filios, Magistro grammaticae discipulos, Marito, Uxorem, Domino famulum, et famulam, et Fratre fratrem minorem annis quatuordecim corrigendo, et verberando cum moderamino, et si praedicta committantur coram Officiali, sive super mercato Burgidomi in die Sabbati duppliceutur poenae, de quibus supra. Salvo quod si quis insultum, vel rixam fecerit contra aliquem, in quo, vel in qua secuta fuerit percussio, vel vulneratio, quod talis percutiens non puniatur, nisi solum de vulnere, vel ferita, non autem de insultu, vel de rixa.

De poena venenantis.

Item statutum, et ordinatum est, quod si aliqua persona scienter, et dolose venenaverit, et attossigaverit, seu venenari, et attossigari fecerit aliquam personam in Jurisdictione Curiae Matarellae, igne comburatur, ita quod moriatur, ut ejus poena caeteris transeat in exemplum.

De poena facientium rixas in Burgodomi, et in die mercati, et portantium arma.

Item statutum, et ordinatum est, quod si quis in die mercati in Burgodomi fecerit rixam, vel feritam sine sanguinis effusione, solvat soldos sexaginta Imper. Si vero sanguis exiverit solvat soldos centum Imper. Et si fuerit in praesentia, vel in domo, vel Curia Rectoris, vel sub domo banchi juris praedictae poenae duplicentur. Si vero aliquis in die mercati in Burgodomi arma vetita portaverit, solvat sol do 20. Imper., et non ultra pro qualibet arma. Ita tamen, quod hospites hospitibus suis non existentibus de Ossula notificare teneantur, quod deponant arma, quod si non fecerint, solvant poenam pro eis. In alio vero die, quam in die Sabbati, et mercati, et in Burgidomi, et extra pro qualibet arma, solvat soldos decem Imper. et hospes similiter denuntiare teneatur sub dicta poena. Et in omnibus praedictis casibus perdat arma, et dictae poenae duplicentur de nocte, salvo eundo de loco ad locum, et quilibet, qui non permiserit se temptari, si habue

rit arma, praesumatur habere arma omnia. Et de praedictis credatur familiae Rectoris cum juramento, vel alicui de familia.

De privatis carceribus inhibendis.

Item statutum, et ordinatum est, quod quicunq; tenuerit aliquam personam dolose detentam in aliquo loco suae habitationis, seu aliter per horas 20. ad minus carcerem privatum committendo, puniatur in libris 50. Imper. Quas si non solverit infra 15 dies a die latae sententiae Curiae Matarellae, si fuerit in fortiam Rectoris Curiae Matarellae, et si non fuerit in fortiam, et postquam venerit amputetur ei caput, ita quod moriatur, salvo quod si quis coeperit aliquem malefactorem cum clamore, vel aliquem suum debitorem fugientem, et eum consignaverit suo posse in fortiam Rectoris, sive Jusdicentis, seu ejus officio notificatione, seu notificaverit infra unam diem naturalem, non intelligatur privatum carcerem commisisse. Si ille, qui captus fuerit infamatus erit de illo crimine, pro quo illum coeperit, et illum apparebit esse debitorem ex justa causa, et non esset solvendo.

De poena homicidae, et assassini.

Item statutum, et ordinatum est, quod quicunq; commiserit homicidium, sive assassinamentum, puniatur, et puniri debeat per D. Jusdicentem secundum dispositionem, et ordinationem decretorum Ducalium, et maxime decreti conditi de anno 1467. Signat. Comollus, ad quod decretum habeatur relatio.

De poena derobantium.

Item statutum, et ordinatum est, quod quicunque derobaverit aliquem de Ossula, vel aliunde infra terminos Ossulae, si robaria fuerit valoris soldorum quinque Imper. usq; ad soldos viginti Imper. puniatur in soldis centum imper. et a soldis viginti Imper. usque ad soldos centum Imper. condemnetur in libris quindecim Imper. et a soldis centum Imper. usque ad libras decem Imper. condemnetur in libris vigintiquinque Imper. et si fuerit a libris decem Imper. supra, condemnetur in libris quinquaginta Imper. et in quolibet casu condemnetur ad restitutionem robariae derobato cum poena legitima, et si dictus robator fuerit, vel venerit in fortiam Rectoris non relaxetur

de carceribus, donec emendaverit robariam, cum poena legitima derobato. Quod si condemnatus ad poenam de soldis centum Imper. de libris quindecim Imper. et de libris 25. Imper. vel de libris quinquaginta Imper. non solverit infra quindecim dies a die latae sententiae condemnationis, incidat in poenam quarti pluris, salvis poenis contra publicos latrones, praedones, scatatores, seu robatores stratorum inductis, qui puniri debeant non obstantibus suprascriptis.

De sacramento falso.

Item statutum, et ordinatum est, quod convictus, vel confessus de sacramento falso puniatur in libris quinque Imper. absque aliqua inquisitione formanda, data tamen prius defensione, et ultorius ponatur ad cathenam super Platea Burgidomi, et ibi teneatur per horas quatuor in die mercati, ut quilibet ejus infamia sit nota.

De poena testificantis false.

Item statutum, et ordinatum est, quod quicunque convictus, seu confessus fuerit falsum testimonium reddidisse coram aliquo Jusdicente, Commissario, vel Delegato, si quidem in criminali causa condemnetur, et puniatur ea poena, qua puniendus esset illo, contra quem falsum testimonium dixerit, et si quidem in causa civili falsum testimonium testificat, dixerit, puniatur, et condemnetur in tanta quantitate, quanta erit illa, cujus occasione testimonium perhibuerit cum expensis, et interesse per partem, contra quam testificat, esset passis, et factis, ac supportatis perinde, quas si non solverit infra decem dies prox. fut. a die latae sententiae, amputetur ei lingua, ita quod a corpore separetur, medietas cujus poenae pecuniariae testimonii falsi in causa civili perveniat injurato, alia vero medietas totius poene Curiae Matarellae, et si dixerit falsum testimonium ad defensionem alicujus in causa criminali, puniatur illa poena, qua puniri deberet ille, in cujus defensionem falsi testificatum esset, et eadem poena puniantur illi, qui scienter, et doloso falsos testes produxerint, vel eorum testimonio usi fuerint, et etiam eadem poena puniantur illi, qui docuerint aliquem, vel aliquos falsum testimonium perhibere, et in quolibet praedictorum casuum quilibet praedictorum sint infamati.

De falsis Notariis.

Item statutum, et ordinatum est, quod quilibet Notarius, vel alius qui fecerit, vel fieri fecerit cartam falsam, vel condemnationem, vel attestationem, vel dicta testium, confessiones, terminos, vel acta publica, vel scripturas, si indo convictus, vel confessus, fuerit, puniatur in libris vigintiquinque Imper. quas si non solverit infra decem dies post latam sententiam, amputetur ei manus dextra, ita quod a brachio separetur, et ab ipso officio Notariae, sit remotus ipso jure, et interdictus, et nihilominus ipse Notarius teneatur ad restitutionem omnium damnorum, et interesse, et expensarum damnum passo, quam si non solverit, et fecerit infra quindecim dies, amputetur ei manus dextra, similique poena puniantur illi, qui scienter, et dolose usi fuerint aliqua scriptura, vel carta falsa postquam eidem denunciatum fuerit.

De poena accusantis false.

Item statutum, et ordinatum est, quod quicunque fecerit falsam accusam, quandocunque contra aliquam personam, puniatur ea poena, qua puniri deberet illi, qui accusatus fuerit, et ad emendationem damni false accusato, et idem fiat de accusatore privato, si probaretur accusam esse falsam, condemnetur in expensis falso accusato, et si non sit solvendo, ipse talis accusans ponatur ad berlinam, vel cathenam, et ibi stet toto die mercati.

De falsa moneta.

Item statutum, et ordinatum est, quod quicunque fabricaverit, seu fabricari fecerit falsam monetam in quocunque genere monetae auri, vel argenti, seu fabricari fecerit in quacunque parte Ossulae, igne comburatur, ita quod moriatur.

De tondentibus monetam.

Item statutum, et ordinatum est, quod quicunque tonsaverit, vel abrasarit, seu tonsari, vel abradi fecerit aliquam monetam cujuscunque qualitatis, et cujuscunque quantitatis, puniatur in libris centum Imper. quas si non solverit infra decem dies a die latae sententiae, amputetur ei manus dextra, ita quod a brachio separetur.

De poena portantium falsam monetam, et eam expendentium in Ossulam.

Item statutum, et ordinatum est, qnod qnicnnqne scienter portaverit, sen portari fecerit aliquam monetam falsam nsque ad qnantitatem soldorum quinque Imper. pnniatnr in soldi viginti Imper. et a soldis quinque Imper. nsqne ad soldos decem Imper. pnniatnr in soldis centum Imper. et a soldis decem Imper. nsqne ad soldos viginti Imper. pnniatur in libris 10. Imper. et a sol. 20. Imper. usqne ad sol. 60. Imper. puniatur in libris 50. Imper. seu 25. Imper. et a sol. 60. Imper. snpra pnniatnr in lib. 50. Imper. et in quolibet casn perdat monetam, quam poenam librarum qninquaginta Imper. sl non solverit infra qnindecim dies a die latae sententiae, ampntetur ei manns dextra, qui vero scienter expendiderit, seu expendi fecerit in Ossula monetam falsam, puniatur in dnplo ejns pro qnanto expendiderit, et condemnetur ad restitnendum iili, cui dederit tantundem bonae monetae.

De pœna ludentium ad taxillos.

Item statutum, et ordinatnm est, quod nnllus teneat Indum, vel biscalatiam, vel permittat Indere in domo, vel sedimine sno, vel habitationis ipsius scienter, et qnid contrafecerit solvat soldos centum Imper. et comburatur bislatia: si vero ludatnr in domo alicujns, vel sedimine, vel habitatione, cnjns est domus, vel sedimen, habitatore penitus ignorante, ludentes ultra pœnam suam infranotatam, quam lusernnt, teneantnr solvere dictos soldos centum imper. pro praedictis domino, vel habitatore domus, vel sediminis: Lndentes vero ad taxillos, vel ad biscalatiam, vel ad alium ludum, in qno pœna pecuniaria amittatur, vel amitti possit a soldis quinque imper. snpra, oxceptis Indo scatorum, tabnlarnm, triumphorum in pubblico, et non in tabernis condemnetur in soldis viginti Imper. mutnans vero pecunias ad ludum in sol. 40. Imper. et inspector ludi in sold. t0. Imper. et praedictae pœnae dnplicentnr de nocte.

De non receptando Bannitos.

Item statutum, et ordinatum est, quod nulla Villa, vel locus, vel singularis persona Ossulae Jurisdictionis Curiae Matarellae publice

vel privatim audeat, nec presumat receptare, seu albergare aliquem bannitum de maleficio, ubi ingereretur pœna sanguinis, nec eidem dare auxilium, consilium, vel favorem, nec ipsum bannitum permittere morari in ipsam Villam, et territorium ipsius Villae, vel loci publice, vel scienter, usque ad tractum unius archus: quicunque vero hujusmedi bannitum in praedictes termines videriut, teneatur clamare foras foras, et cridam, seu stremitam post eam, et pro pesse ipsum capere et captum in fortiam Rectoris consignari, si quis autem contrafecerit, si fuerit Villa, vel locus, et ille talis bannitus fuerit bannitus pœna corperali, condemnetur in libris 10. Imper. a qua pœna excipien. minores decem ecto annis, et majores septuaginta annis, et alios impotentes, viduas, et miserabiles personas, et tunc absentes, et ad dictas pœnas cum vicinis conferre minime teneantur.

Quod homines locorum teneantur capere malefactores.

Item statutum, et erdinatum est, quod si fiat hemicidium, vel robaria, quae sit à libris 10. Imper. supra in loco, vel villa, vel prope locum, vel villam ad tractum unius arcus, teneantur homines illius loci, vel villae tote pesse, si facta fuerit de die, ipsos malefactores capere, et consignare in fortiam jusdicentis, seu Rectoris Curiae Matarellae infra unam diem naturalem sub pœna libr. 10 Imper. Curiae Matarellae applican. ad quam pœnam minime teneantur minores decem ecto annis, majores septuaginta annis, impotentes, viduae, et miserabiles personae, nec absentes tempore commissi maleficii, et si quis tales personas, homicidas, vel robatores receptaverit, et abscenditas tenuerit, et non consignaverit ut supra, incurrat pœnam libr. 25. Imperial. applican. ut supra.

De non convocando homines ad arma.

Item statutum, et erdinatum est, quod nulla persona audeat, nec praesumat in tota Valle Ossulae convocare homines ad arma, nec levare homines ad rumorem, per quem devenirent ad arma sine speciali licentia, et mandato Illustrissimorum Dominorum nestrorum, seu Jusdicentis, vel Rectoris Curiae Matarellae, et qui contrafecerit condemnetur arbitrio Rectoris a libris decem Imper. usq; ad libr. 25. Imper. inclusive, et hoc non intelligatur in rixis factis de una persona ad aliam, in quo casu servent alia statuta, et simili pœna pu-

niantur ii, qui invitati, seu convocati fuerint ad dictos rumores, iverint sine licentia, vel mandato ut supra.

De stremitis faciendis.

Item statutum, et ordinatum est, quod quicunque major decem octo annis, et minor sexaginta teneatur, et licitum sit impune facere stremitam in loco suo cum campanis, et cornibus, vel audiverit aliquam aliam stremitam de die, vel de nocte, vel eis notificatum fuerit per officialos et venire personaliter cum armis ad signa Rectoris, vel illius, pro quo esset, et ire cum eo, et cum sequi pro tuitione Status Illustrissimorum DD. nostrorum, et defensione Vallis Ossulae.

Quod Banniti possint impune offendi.

Item statutum, et ordinatum est, quod banniti, et condemnati de maleficio, ex quo per Rectorem ingeri posset pœna sanguinis a protectione Rectoris, et Curiae Matarellae, et ab ejus justitia, et favore penitus sint exclusi, ita quod eis non reddatur jus in civili, nec in criminali, et offensores sine pœna permaneant, dum tamen non excesserint in offendendo eos ultra pœnam, qua dicti banniti, et condemnati puniri debuerint, hoc addito, quod illi qui banniti fuerint, vel sint, eo quod non venerint ad satisdandum, et obediendum mandatis Illustriss. DD. Nostrorum, et suae Curiae, et Sacramentum praestandum possint impune offendi in personis, et rebus, et eis reddatur jus in civili, et in criminali, eo salvo, quod si venerint infra 15. dies a publicatione praesentis statuti ad satisdandum, et Sacramentum praestandum de obediendo ut supra, infra quem terminum offendi non possint, quo elapso possint offendi ut supra, et a protectione praelibatorum Dominorum nostrorum, et suae Curiae penitus sint exclusi, donec venerint ad mandata, ita tamen quod defensionibus eis factis in personis, vel rebus in contumaciam stando aliquo tempore jus non fiat.

De executione fienda super bonis bannitorum.

Item statutum, et ordinatum est, quod bona mobilia, et immobilia bannitorum possint capi per Jusdicentem, tam pro pœnis, quam pro emendatione laesorum.

De custodiis fiendis, et praecipiendis.

Item statutum, et ordinatum est, quod Caneparius, seu emendator custodiarum villarum habentium Consulem, qui non remandaverint guardas diebus singulis, et horis, solvat sold. duos Imper. pro qualibet vice, et idem solvat, cui inventa fuerit guarda per Canepar. si in ipsa guarda inventus fuerit defecisse, et hoc quando dictae guardae fient ex necessitate, et pro utilitate praelibatorum Dominorum nostrorum, et tuitione Vallis Ossulae.

De tributis non dandis, nec recipiendis.

Item statutum, et ordinatum est, quod aliquis Curiae Matarellae, vel habitans in ea non audeat, nec praesumat quovismodo tributare, nec tributum, seu donum pro tributo dare, seu dari facere alicui Officiali, Consuli, Villae, Campario, Extimatori, et adaquatori, nec alteri personae ad officia publica deputatae, et qui contrafecerit, puniatur qualibet vice in sold. 25. Imper. Curiae Matarellae applicand., et ulterius teneatur ad restitutionem ipsius tributi.

De pœna vendentis, seu investientis unam rem duobus.

Item statutum, et ordinatum est, quod nulla persona Curiae Matarellae audeat nec praesumat de caetero vendere, seu investire, seu permutare aliquam rem duobus, et si fuerit res mobilis vendita duobus facta fide de praetio, et quae venditio sit perfecta incurrat pœnam libr. 25. Imper. si fuerit res vendita valoris libr. 100. Imper. et abinde supra, si vero fuerit abinde infra, puniatur in libr. 12. Impor. Si vero fuerit res mobilis puniatur Curiae Matarellae in medietate valoris rei venditae, et ultra teneatur damnum passo pro damnis, interesse, et expensis, de quibus stetur ejus sacramento, si vero fuerit res mobilis investita, seu permutata duobus, puniatur Curiae Matarellae pro qualibet vice in libris sexdecim Imper. et ulterius ad damna, et interesse teneatur ut supra.

Quod Communia locorum teneantur facere laborare terras.

Item statutum, et ordinatum est, quod si quis habuerit terras in territorio alicujus loci, ubi non habitet, et terrae non fuerint laboratae propter terrorem, et minas, vel fortiam alicujus, si denuncia-

tum fuerit parte Jusdicentis ad instantiam personarum, quarum interest Communi ipsius loci, vel Consulibus pro ipso Communi, ut eam laborent, vel laborari faciant, teneantur Consules loci, vel Villae ipsam terram laborari facere infra octo dies post ipsam denuntiam fiendam cum tempore congruo laborandi, et si dicti Consules fuerint negligentes in laborando, teneantur dare, et solvere ei, cujus est ipsa terra tantum, quantum producere potuisset ipsa terra secundum extimationem extimatorum electorum: Communes vero loci, seu singularis persona, quae reperiatur prohibuisse ne terrae ipsae laborentur puniatur in libris 10. Imper. pro quolibet Communi, et in libris tribus Imper. pro qualibet singulari persona, et qualibet vice; ille vero propter cujus minas dictae terrae non laborentur, puniatur in soldis centum Imper. et ultra teneatur ut ad restitutionem damni illi, cujus dictae terrae non fuerit dicta executione laboratae, idem observetur prohibentibus colligere decimam.

De mensuris, et ponderibus signandis.

Item ut æqualitas in mensuris, et ponderibus servetur, statutum, et ordinatum est, quod quicunq; venditor, seu revenditor, tabernarius, molinarius, seu alia quaevis persona, quae tenuerit, seu operata fuerit, vel operari voluerit aliquas mensuras magnas, et parvas, pondera, et pensas pro mensurando, ponderando blada, vinum vel alias res, teneatur, et debeat ipsas, et ipsa æqualari, et justari, ac signari facere per ballatores, et adaequatores superinde deputatos per totum mensem Januarii, semel tantum in anno, signo, seu bullo Rectoris, seu Jusdicentis Curiae Matarellae, qui Jusdicens teneatur singulis annis dicti mensis Januarii in die mercati proclamationes, et cridas fieri facere opportunas pro signandis dictis mensuris, et signum seu bullum dicti D. Jusdicentis incontinenti post dictas cridas consignare teneatur bullatoribus, et adaequatoribus deputatis sine ullo praemio, ut possint signare, et bullare dictas mensuras, et pondera, et aliter non currat terminus mensis, nisi a die consignationis factae bulli, et signi dicti D. Jusdicentis, et si elapso termino dictarum cridarum reperiantur aliquae mensurae, seu aliqua pondera, vel pensa cujuscunq; qualitatis existant, non signata, et non bullata, si fuerint brentae, minae vel pensae ponderis libr. 20. vel plur. ponderis, puniatur in soldis viginti Imper. Curiae Matarellae, et si fuerit media mina, vel

pensa libr. 10. Imper., vel abinde supra, sed puniatur in sold. 10. Imper. si fuerit a media mina, et a pensa libr. 10. Imper. puniatur pro qualibet vice in soldos. 5. Imper. et dictae pensae, et mensurae non bullatae comburantur, et praedicta locum habeant in mensuris, et brentis, et pensis veteribus, et non aptis ad pensan., et mensuran., vel quibus domini earum non utuntur ad emen., vel venden., do quibus stetur juramento domini, in cujus domo tales mensurae, pensae, et brentae non bullatae inventae fuerint, et teneatur quilibet emere ea pensa, qua vendiderit, qui vero contrafecerit puniatur in soldis viginti Imper. pro qualibet vice, et in omnibus praedictis ad restituen. damnum in duplum damnum passo.

De pœna vendendo fœnum ad pondus.

Item statutum, et ordinatum est, quod postquam fœnum fuerit in cassina, vendatur ad centenarium, sive ad rationem centenarii ad pondus librae grossae casci, et qui contrafecerit solvat sold. 5. Imper. nisi venderetur ad grossum, vel ad extimum, et quilibet fide dignus possit accusare, et habebit medietat. condemnationis, et similiter cubinis vendatur ad fogam longam per mensuram unam spatii signati in Ecclesia S. Protasii, in quo spatio gruppi non intelligatur sub eadem pœna, et quilibet possit accusare ut supra.

De non vendendo ad macellum carnes graminosas.

Item statutum, et ordinatum est, quod quicunque vendiderit, seu tenuerit bestias morbosas ad macellum, seu beccariam, vel carnes de porcha vendiderit pro porcho, vel ovinas, vel castro novo, vel unam carnem pro alia, vel in carnes sufflaverit quoquo modo solvat soldos viginti Imper. Ita tamen, quod graminosae, ut aliae carnes possint vendi extra macellum sine pœna, dum tamen defectum emptori manifestent.

Quod Molinarii non possint capere ultra unum cazolum.

Item statutum, et ordinatum est, quod Molinarii non possint accipere ultra unum cazolum pro sestario bladi, et pro panico, et pro mileo quod datur ad pistandum, non possint accipere nisi unum cazolum pro sestario, quae accipiant de integro, et non pisto, sub pœna sold. quinque Imper. pro quolibet, et qualibet vice. Et si Molinar., vel

pistator recusaret quod nollet pistare, vel macinare, puniatur in sold. decem Impor. pro quolibet, et qualibet vice, et de praedictis quilibet fide dignus possit accusare eum juramento, et credatur ei, et habebit medietatem condemnationum.

De comedendo, et bibendo in Taberna.

Item statutum, et ordinatum est, quod quicunq. comederit, vel biberit in tabernis, vel hospitio, non audeat, nec praesumat recedere sine licentia, et consensu tabernarii, vel hospitis, donec tabernario, vel hospiti de expen. cibi, et potus satisfecerit, solvat soldos quinque Impor., et compellatur ad domum tabernarii redire cum vestibus, et roba, quas secum habebat, quando de taberna recessit. Et si praedictus debitor voluerit relinquere, et relinquerit ipsi tabernario omnes vestes, et robam exceptis camixia, et sarabula, quas retinere possit impune recedere possit, salvis statutis loquentibus de filiis familias, et minoribus.

De Testoribus Telarum.

Item statutum, et ordinatum est, quod Testores Telarum tam de lino, quam de lana, eas faciant ad mensuram signatam in trabae Communis Ossulae positam in Burgodomi, contrafacientes solvat soldos quinque Imper.

De non recipiendo aliquem forensem.

Item statutum, et ordinatum est, quod aliqua Universitas, seu Communitas Ossulae de caetero non audeat, nec praesumat receptare aliquem in vicinum, vel terrigenam in eorum Villis, et locis, qui non sint Dominii Ducalis pro habitando, vel moram faciendo ibidem sine speciali licentia Illustrissimorum Dominorum nostrorum, sub pœna sold. sexaginta Imper. Curiae Matarellae applicandorum, et simili pœna puniatur receptatus, et ipsa receptatio sit nullius valoris, et momenti, et infra octo dies facta notitia per D. Jusdicentem Consuli dictae Villae, in qua quispiam receptus fuerit, teneatur eundem receptatum expellere de dicta Villa, et dictus receptatus recedere sub pœna librarum decem Imper. applican. ut supra pro utroq; ipsorum Consulis, et receptati.

De vino non juste mensurato.

Item statutum, et ordinatum est, quod si quis repertus fuerit vendere vinum non juste mensuratum, si fuerit in brentis, puniatur in soldis quinque Imper. pro qualibet vice, et qualibet brenta. Si vero fuerit in bocalibus soldum unum Imper. pro quolibet bocali, et qualibet vice, qua contractum fuerit.

De prohibendo pignora servitori, vel familiae.

Item statutum, et ordinatum est, quod nulla persona audeat, nec praesumat prohibere, vel vietare alicui servitori, vel familiae Rectoris, vel Jusdicentis, ne fiat pignus pro licentia subscripta per manum Notarii Curiae, quam habere reperiatur, nec impedimentum aliquod praestare, quod non fiat saximentum, vel sequestratio, et qui contrafecerit, puniatur in soldis sexaginta Imper. et ulterius teneatur consignare rem quam saxire, vel robare volebat, et si quis facto saximento auctoritate propria iuerit ad accipien. rem sequestratam condemnetur in duplum pœna de qua supra, et nihilominus rem consignare teneatur, et de praedictis credatur cum juramento servitori, vel famulis, si servitor non fuerit.

De eodem.

Item statutum, et ordinatum est, quod si quis ausus fuerit prohibere servitori, vel familiae Rectoris, vel Jusdicentis, seu impedimentum eis, vel alicui eorum praestare quominus accipiat pignus, puniatur in soldis sexaginta Imper., et sic acceptato pignore contra voluntatem eorum, vel eorum pignus acceperit, condemnetur in duplum. Et nihilominus pignus consignare teneatur, et de praedictis credatur cum juramento, et relationi servitoris, vel famuli, si non fuerit servitor.

De prœmio capientis Lupum.

Item statutum, et ordinatum est, quod quicunque caeperit Lupum vel Lupam habeat a sua deganea soldos quadraginta Imper. Et si Lupus fuerit parvus habeat soldos decem Impor., quos coram Rectore, seu Jusdicente consignare teneatur, et illi de dicta deganea compellantur ad solvendum.

Quod Rector teneatur absolvere, vel condemnare ante recessum.

Item statutum, et ordinatum est, quod Rector, qui nunc est, et pro temporibus erit, teneatur et debeat ante suum recessum absolvere, vel condemnare, vel caucellare omnes accusatos, inqnisitos, vel denunciatos, et finire processns sno posse, et praedicta vindicent sibi iocum, quando Rector sciverit ante per mensem de sno recessn.

Quod masculinum concipiat foemininum.

Item statntum, et ordinatum est, quod in Ossula masculinum genus comprehendat foemininnm in iis, quae conveniunt utrique sexui.

Quod condemnationes fiant secundum formam statutorum.

Item statntum, et ordinatum est, qnod si aliqna persona maleficium commiserit nnnm, vel plura, Rector teneatnr, et debeat eum condemnare secnndum qnaiitatem maleficii, secnndum formam statutorum, et nbi non esset provisum per formam statutornm, quod tunc servetur jus commune.

Quod Rector teneatur servare statuta.

Item statutum, et ordinatnm est, quod Rector, sive Jusdicens, Curiae Matareliae, et eorum Locnmtenentes teneantur, et debeant vincnlo sacramenti per eos praestan. in principio eorum officii observare et observari facere omnia statnta Curiae Matareiiae, prout jacent ad litteram, nec possint excedere poenas in praedictis statutis contentas et si aliqna statnta esseut sibi ad invicem repuguantia, vel contraria, tunc possit Rector, sive Jusdicens servare iiiud, qnod magis honestnm fuerit per ipsum Jnsdicentem: Quicquid antem factum fuerit contra, vel praeter praedicta, sit ipso jnre, et facto nullius valoris, et momenti et perinrus existat, et de periurio puniri possit.

De composturis.

Item statutnm, et ordinatnm est, qnod Consules Terrarum, et locornm Curiae Matareiiae possint facere compostnras, seu ordiuationes inter eos snper, et pro eorum territoriis, et vigaualibns statutum, consuetudines antiquas, et poenas exigere impune, et quod Offitiales Cu-

riae Matarellae teneantur servare dictas composturas, honorantias, et regallias, ac ordinationes Burgidomi, et aliorum locorum dictae Curiae et facere fortes Consules in eorum officiis.

De eligendis Consulibus, et Campariis.

Item statutum, et ordinatum est, quod omnes et singulae Villae, et Terrae dictae Vallis Ossulae teneantur, et debeant singulo anno de mense Januarii eligere Consules secundum eorum antiquam consuetudinem, Camparios, et Extimatores pro custodia confinium, et pro damnis extimandis sub poena librarum trium Imper. pro qualibet Terra vel Villa, quae omiserit dictos Consules, Camparios, et Extimatores, vel aliquem eorum eligere. Qui Consules taliter electi teneantur comparere coram praef. D. Jusdicente ad juran. de recte, et legaliter exercendo eorum officia, et quod juramentum scribatur in actis Curiae.

De lignis vendendis.

Item statutum, et ordinatum est, quod quilibet ducens ligna ad vendendum per Flumen Boniae, teneatur facere longa pro quolibet torre, seu troncho per mensuram duarum spannarum ad minus signat etc. Et hoc de illis, quae venduntur ad mensuram plaustri, sive masse. Et hoc sub poena sol. unius Imper. pro quolibet plaustro, seu duorum Imper. et pro qualibet massa.

De poena negantium filiationem, vel mortem alicuius.

Item statutum, et ordinatum est, quod non sit aliqua persona, quae audeat, nec praesumat in aliqua causa tam civili, quam criminali negare aliquas positiones, filiationes, seu moras alicujus, vel aliquem non decessisse, dummodo defunctus sit in Episcopatu Novarien. et sit fama de morte ejus, vel quod aliquis, vel aliqua fuerit Pater, vel Avus, Mater, vel Avia, Frater, vel Soror, vel Abiaticus, vel Maritus, vel Uxor, sub poena librarum decem Imper. pro qualibet positione negata, et qualibet vice irremissibiliter aufferen. absque alio processu contra talem negantem inde fieudo, et intelligatur negasse, quando respondiderit non credere. Et quod mors, et filiatio probetur per vocem et famam.

Quod nullus pro altero puniatur.

Item statutum, et ordinatum est, quod in poenis inponendis Pater pro Filio, et Filius pro Patre, nec alter pro altero puniri, nec condemnari possit, nec minor annis 14. aliqua poena puniri possit.

De stratis reaptandis.

Item statutum, et ordinatum est, quod Consules, et homines cujuscunq; Villae, et Torrae Ossulae teneantur, et debeant omnes, et singulas stratas publicas, per quas conducentur Mercantiae, et itinerantes transeunt omni anno aptare saltem per totum mensem Martii, et aptas tenere. Ita quod eas commode itinerari, et mercantias, et bestias cum plaustris conduci possit. Et si contrafecerint, incurrant poenam librarum trium Imper. pro quolibet Consule, et qualibet vice, qua inventae fuerint dictae stratae diruptae, et teneantur Officialis, seu Jusdicens bis in anno tantum inquisitionem facere, seu fieri facere per alterum ex officialibus suis una cum uno, seu duobus eligendis per credentiam Ossulae, seu pro quolibet Commune, et ita inquisitio fiat de mensibus Aprilis, et Octobris. Eo salvo, quod si aliqua strata diruereturur impetu aliquarum aquarum, quod habeat terminum quattuor dierum ad reaptan. dictas stratas post diluvium talium aquarum.

De Spuriis alendis.

Item quia plerumq; in montibus istis contingit per imperitiam, et egestatem stultarum matrum multos infantulos decedere, eo quod patrem infantilis reperire nequeunt, et ut talibus provideri possit, statuimus, et ordinavimus, quod si quis rem habuerit cum aliqua muliere, quae postea infantem aliquem, seu infantes aliquos procreaverit, et negaverit ipsum talem infantem, seu tales infantes esse suum, vel suos, quod stetur juramento illius talis matris; Et quod postquam illa juraverit, vel illos esse suos, qui negabat, ille talis compellatur per Jusdicentem Curiae Matarellae omnibus juris remediis ad suscipien., et alendum, et suscipiant, et alent illum talem infantem, seu infantes pro suis, et tanquam suos; salvo tamen si ille talis vir a muliere tali inculpatus jurare vellet, et juraverit ad Sancta Dei Evangelia manibus suis corporalibus tactis litteris in manu praef. D. Jusdicentis, se nunquam rem habuisse cum illa tali muliere, vel illum infantem non

posse esse sunm respectu temporis, quod tunc stetur juramento talis viri, et non mulieris.

DOCUMENTO N.° 5.

Conferma, ed approvazione degli statuti di Matarella per parte di Bianca Maria Visconti, e Galeazzo Maria Sforza in data delli 7 agosto 1467.

Blanca Maria Vicecomes Ducissa Mediolani, Cremonaeque Domina, et Galeaz Maria Sfortia Vicecomes Dux Mediolani etc. Papiae, Angleriaeque Comites, ac Januae Domini. His superioribus diebus cum ad nos accessissent Nuntii dilectorum nostrorum Comunitatis, et hominum Domus Ossulae, et Curiae Matarellae Dioecesis Novariensis, petentes nomine ipsorum hominum per nos confirmari debere non nulla Capitula sua, ac statuta tam Civilia, quam Criminalia, quae nobis exhibuerunt, et alias confirmata fuisse videntur per Illustrissimos bonae memoriae Dominos Vicecomites Praedecessores nostros; ea nos per prius videri, et examinari jussimus a Spectabili Milite, et juris utrinsque Doctore Consiliario nostro carissimo Domino Laurentio Tarentio de Pesauro, nec non a circumspecto Viro Nicolao e Capitaneis Vilauterii Sindico nostro Fiscali, qui adhibitis super ipsis Capitulis, et Statutis quibusdam correctionibus, reformationibus, et addictionibus nobis retulerunt Capitula, et Statuta ipsa concernere bonum regimen, et certam benevivendi normam ipsorum hominum, ac proinde per nos confirmari posse. Cum autem nos, homines ipsos caros habeamus, et ad ea facile inclinati sumus, quae subditorum nostrorum benevivendi regulam, ac normam respiciunt, Capitula, et Statuta ipsa sic reformata, et correcta, quae sunt numero in totum centum sexaginta novem, et comprehensa in foliis quadraginta, et quorum Capitulorum primum incipit, *finem litibus*, et ultimum *quod Consules*, *et Homines*. Ac omnia in eis contenta, et eorum dispositionem prout jacent: Tenore praesentium ex certa scientia confirmamus, et approbamus, et in quantum expediat de novo concedimus, reservantes in nobis auctoritatem, et bayliam Capitula ac Statuta ipsa reformandi, minuendi, addendi, et interpretandi, pro ut expediens fuerit, et nos opportunum censuerimus. Mandantes denique Commissario, et Capita-

neo nostro partium illarum, nec non aliis Officialibus ibi, et subditis nostris, ac coeteris omnibus, ad quos spectet, quatenus hujusmodi confirmationem, approbationem, concessionem, ac dispositionem, pariter nostram, et Statuta et Capitula ipsa ab hodierna die in antea firmiter observent, et faciant inviolabiliter observari, nihil contra attentantes pro quanto gratiam nostram caripendunt. In quorum Testimonium praesentes fieri, et registrare jussimus, nostrique sigilli munimine roborare.

Dat Mediolani die Septimo Augusti 1467.

Signat. Antonius etc.

Et sigillat. etc.

A tergo. Registrata in fol. 91 a tergo.

DOCUMENTO N.° 6.

Statuto portante che le deliberazioni del Consiglio generale sieno d'ora in poi scritte su d'un apposito libro in data 3 *luglio* 1552. (Dal libro dei Consigli generali della Valle).

In quo credentia de mandato praedicti D. Auditoris ordinatum est, nemine eorum consulum discrepante, ut Notarius credentiae ab hodie in antea, et ab his qui in futurum erunt usque in infinitum servant librum quinternatum, et ut dicitur foliatum super quo scribere debeant omnia quae pronunciantur in dicta credentia sive congregatione, et stabiiita sunt per dictos Consules sub poena florenorum decem adplicandorum pro parte camerae comitali, et pro parte communitati, et hoc uitra poena privationis officii, et exercendi offitium in dicta credentia pro ipso anno.

DOCUMENTO N.° 7.

Ordine pei registri Criminali da scriversi su di un libro affogliato, e conservarsi: in data 3 *luglio* 1552. (Dal volume primo dei Consigli generali originali della Valle).

Ordinatum est unanimiter per praedictos Consules ut Notarii causarum criminalium qui sunt, et in futurum erunt coram domino Prae-

tore dictae Vallis teneantur habere librum quinteruatum, et ut aiunt sfoliatum, et bene regulatum, et super illo scribere omnes denuntias, accusas, seu quaerolas, dicta testium qui examinabuntur super dictis denuntiis, et accusis; et pariter inquisitiones, et processus pro quibus ingeritur poena corporalis sive non, et pro quibus venit interponenda confiscatio bonorum sive non; et pariter omnes sententias et condemnationes etiam absolutorias super dictis libris ad effectum ut omni tempore videri possint tam pro interessibus comitalis camerae, quam pro privato, et pubblico dictae Vallis. Ita tamen ut libri tam credentiarum quam causarum criminalium debeant consignari in plena congregatione dictae credentiae ad effectum ut deponi possint in archivio dictae Vallis, et custodiri penes deputatos super dicto Archivio: Libri vero causarum criminalium remaneant penes dominum Praetorem dictae Vallis, et ei consignari per pubblicum instrumentum a pubblico Notario rogatum adsistente Fisco et duobus aut tribus consulibus dictae Vallis, videlicet uno pro singulo quarterio. Et qui dominus Praetor tempore biennis sui, et ante ejus recessum teneatur dictos libros, filtias ac processus criminales consignare Successori suo in praesentia Notarii et Consulum dictae Vallis. Et si dictus Praetor recesserit ante adventum successoris sui teneatur dictos libros consignare dictis consulibus ut supra. Quos libros Consules dictae communitatis teneantur emere, et dare notariis dicti offitii dictae Vallis, salvo ut pro anno praesenti ut notarius banchi dictae Vallis, demittat librum per eum inscriptum de actis criminalibus penes Praetorem dictae Vallis, et super eo procedat et describat inscribendo usque ad annum intrantem proxime futurum.

DOCUMENTO N.° 8.

Ordine per l'elezione degli Attuarii Civili e Criminali: in data 3 luglio 1552. (Dal libro sudetto).

Insuper praedicti Consules ordinaverunt ut in futurum unus elligatur Notarius, qui solus exerceat offitium causarum criminalium, et civilium quae verti contingerit coram domino Praetore: possit tamen ipse notarius elligere sibi quum placuerit aliquem in coadiutorem ad scribendum cum eo tam causas criminales, quam civiles Non tamen

intendunt praedicti Consules denigrare auctoritatem Illustrissimi domini sui circa confirmationem, et approbationem fiendas de ipso Notario juxta litteras Ill.mi Comitis felicis memoriae Camilli Borromei. Et ad tollendam omnem occasionem quae in futurum oriri posset occasione ellectionis fiendae de dicto notario; sed ut unusquisque participet de comodo, et honore dictae Vallis ordinavorunt ut singulo anno incipiendo anno 1553 futuro, et deinde in antea usque in perpetuum ellectio ipsa fieri debeat per ipsos consules de notariis quarterii, qui sit homo bonae vocis et legalis, ac idoneus; et anno seguenti de notariis de alio quarterio, et deinde alias de alio quarterio. Et ad tollendam omnem materiam contentionis ordinatum est ut ellectio pro anno futuro 1553 incipiat fieri per quarterium de Druogno. Et ubi plures appareant notarii in ipso quarterio idonei, et legales, et qui possent elligi ad dictum offitium exercendum tam circa causas criminales quam civiles, ordinatum est pro quiete totius Vallis, et hominum ut ellectio fiat in Credentia pubblica per suffragia, seu, ut dicitur, ut ballotentur, et ille in quem cadet major numerus ballotarum sit ellectus, et pro ellecto notario ut supra habeatur. Et debeat fieri semper in praesentia Praetoris dictae Vallis Vigletii.

DOCUMENTO N.° 9.

Statuto relativo all'esecuzione contro i debitori in data 29 Giugno 1554.
(Dal libro sudetto)

Praedicti Consules volentes ut consuetudo huc usque observata in hoc tribunale circa impetrandum executiones in causis civilis appareat per scripturas ordinaverunt ut infrascriptu ordo, et ritus vim legis, et inveteratae consuetudinis optineat, videlicet: Ut a libris quinque imperialibus infra citetur debitor ad praecisam diem ad solvendam debiturum una cum banno pro ejus retinentia in soldis tribus imperialibus; deinde concedatur licentia contra debitorem pignorandi de bonis ejus pro capitale et expensis, observando statuta in procedendo ad ulteriora A libris quinque imperialibus usque ad libras decem citetur cum banno ut supra, et secuto banno concedatur praeceptum solvendi infra triduum et debitori contumaci non solventi ut

supra porrigitur denuo praeceptum pro debito et poena quarti plures; deinde, et amplius non citato, contra eum concedatur licentia bis modis, et forma pro ut supra. A libris decem supra citetur debitor et concedatur bannum ut supra, et contra eum concedatur praeceptum primum octo dierum sub poena ut supra, et eo contumace, denuo praeceptum porrigatur et describatur ad utilitatem praedictae comunitatis: deinde concedatur creditori aliud praeceptum cum termino trium dierum ad solvendum sub poena quarti plures, et in contumace porrigatur ut supra; et factis dictis porrecturis contra debitorem amplius non citatum concedatur licentia pignorandi pro capitali, et expensis ut supra; et in procedendo ad ulteriora observentur statuta ut supra, et praecisa die in casibus in quibus debitor non compareat spontanee etc.

Ubi debitor sit obbligatus per scripturas spontaneas procedatur hoc ordine.

Quod dictus debitor citetur personaliter ad praecisam diem ad videndum dicendum praeceptum, seu dictam obbligationem porrigi, et poena concessa in praedicto praecepto vel obbligatione describi, et poni in contumacis citatis, et terminem congruum porrigendum, et eo porrecto concedatur licentia pignorandi dictum debitorem per praedictos debitum, et expensas, et in procedendo ad ulteriora serventur statuta ut supra.

DOCUMENTO N.° 10.

Statuto prescrivente che i Notai Attuarii non debbano patrocinare alcuna causa: in data delli 29 Giugno 1572.
(Dal libro sudetto).

Praedicti Consules ordinaverunt servandum esse statutum quod nullus Notarius actuarius ab hodie in ante possit causari, nec patrocinari pro aliquo palam vel secreto sub poena nullitatis quorumcumque feudorum, et etiam alia poena arbitraria Excellentissimo Senatu, et etiam Illustrissimo Comite Johanne Baptistae Borromeo domino, ordinando etiam quod omnia hactenus agitata suum sortiantur effectum. Insuper suspendantur omnes causas hinc retro donec aliquis pro eis delegatus sit, salvis causis ecclesiarum, et aliorum piorum locorum;

quae non comprehendantur in praedicto ordine. Item quod Notarius electus ad exercendum officium Notarii civilis causarum non possit alium Notarium substituere ad exercendum officium sub poena nullitatis.

DOCUMENTO N.° 11.

Ordini relativi ai Notai della Valle di Vigezzo dell'anno 1577
(Dal libro sudetto sotto la data delli 6 Gennajo 1656).

Avendo sentito il Magnifico Signor Auditore Viscardi che in questa Valle si sono smariti, e si smariscono molte imbreviature, et instromenti de molti Nodari morti, et ciò procede perchè restano appresso alli eredi de tali Nodari morti, che non sono Nodari che non ne hanno tenuto nè tengano conto alcuno, il che ha portato, et porta grandissimo danno a infinite persone.

Perciò volendo esso Signor Auditore provvedere a tal inconveniente ha ordinato, et ordina che nell'avvenire occorrendo venir a morte, o morire qualche Nodaro di questa Valle senza lasciar le sue imbreviature a figliuoli, o ad altri per testamento, che sian Notaj, che subito il Signor Podestà di questa Valle insieme con il Notajo, o Notaj dell'ufficio faccino portare dette imbreviature nelle loro mani, et ne facciano inventario per pubblica scrittura, poi le consegnano a un notaro più prossimo di sanguinità e affinità del detto Nodaro morto, qual sia tenuto esplire tutti li instrumenti che non saranno espleti, et farli scuodere, et per tale espletione habbi quella mercede che gli verrà tassata per il detto Signor Podestà, et Notari; il resto lo dia alli eredi del Nodaro morto, et in caso non gli fosse Nodaro alcuno parente del morto in quel caso esso Signor Podestà, et Nodari diano tali imbreviature a un Nodaro idoneo et da bene di questa Valle, gli esplisca con le sovradette condizioni, et esse imbreviature sempre restino appresso al nodaro a cui saranno consegnate, qual le tenga ben governate sin tanto sarà creato qualche Nodaro della casata del morto perchè in quel caso vuole esso Signor Auditore che tali imbreviature sieno consegnate ad esso Nodaro, et questo ad effetto che più non si smariscano come di sopra.

Item ordina esso Signor Auditore, che li Nodari che si elleggeranno per l'anno seguente faccino un libro grande, nel quale nel termine di

un mese prossimo avvenire tutti li Nodari di questa Valle siano tenuti scriversi con il suo segno del tabellionato sotto pena d'esser privati del notariato; così ancora quelli che saranno creati per l'avvenire siano tenuti descriversi in detto libro in termine d'un mese dopo che saranno creati Nodari sotto la medesima pena, qual libro habbi da restare appresso li Notari della banca, quali sono, o saranno per l'avvenire usque in perpetuum.

Item ordina il prefato Signor Auditore che si faccia un altro libro grando alle spese della Comunità, qual resta appresso di detti Nodari come sopra, sopra il quale tutti li Nodari di questa Valle sieno tenuti de anno in anno inregistrare tutti li instromenti che haverranno rogati di dote; protestazione de beni parafrenali, donazioni, testamenti, et altri contratti nelle quali sia proibito l'alienaziono doi beni mentre però che in detti testamenti non sia proibita tal registrazione dal testatore vivente lui, et tutti li contratti emfiteotici, servando in ciò la forma data dalle nuove costituzioni Imperiali sotto la pena contenuta in essa.

Item inerendo alli ordini fatti per il quondam Aluisio Palazo Auditore Comitale circa l'elezione annuale delli Nodari dell'offizio, la quale si suole fare cadun anno nel dì dell'Epifania, et per maggior chiarezza di quelli, il prefato Signor Auditoro ordina che li Consoli di quel terziero al quale toccherà l'eleziono debbano elleggere un Nodaro del suo terziere che serva il sudetto anno all'offizio, et concorrendo a detta ellezione più Nodari in caso di discordia tra loro, che siano ballottati dalli Consoli di detto terziere, et resti elletto quello di loro, che havverrà più soffragj, al qual Nodaro così elletto sarà lecito pigliar un altro Nodaro per cogitore del suo terziero se vi sarà idoneo, et non vi essendo vi ellegga un altro d'un'altro terziere idoneo, et saranno tenuti ambi, o almeno uno di loro li dì giuridici, che si ascende in tribunale trovarsi all'ora compotente per scrivere, et così ancora in altro tempo, che fossero richiesti dall'officiale, o persone particolari per coso che occoressero concernenti al detto offizio.

Et più ordina che quelli Nodari, che saranno elletti per Nodari, o coadiutori del suo terziero non si debbano elleggere più sintanto che tutti li Nodari del detto terziero, che saranno idonei non haveranno esercitato la detta nodaria, o coadiutoria per un anno ancor loro perchè si servi egualità tra tutti; caso però che tali Nodari la ricercassero e non altrimenti; perchè in tal caso si potrà elleggere chi piacerà alli

detti Consoli di detto terziero ut supra, et saranno obbligati li Nodari et coadiutori scrivere per se stessi, et non per substitutum, salvo in caso di legittimo impedimento all'arbitrio del Signor Podestà che sarà in quol tempo, il quale in tal caso, et ancora in absenza di detti Nodari si possa servire d'un altro Nodaro come a lui parerà.

DOCUMENTO N.° 12.

Statuti della Valle Vigezzo relativi alla procedura nell'ufficio Pretorio ed ai diritti a pagarsi. In data 26 Maggio 1586.

In nomine Domiui anno curreute a Nativitate Domini millesimo quingentesimo octuagesimo sexto, indictioue decima quarta, die vigesimo soxto mensis Maij in Terra S. Mariao Vallis Viglietii, et in Domo Communitatis ipsius Vallis.

Cum Universitas Vallis Viglietij praecnrsis temporibus membrum, et organa Curiae Matarellae, circa ordinem causarum propluquiora statuta dictae suae Matricis habuerit, neque ea in omnibus servaverit, nempe, quia usus, et experientia comparnerit, atque cognovit Vallem ipsam, ejusque stilum, et qualiter, gentiumque suarum mores valdo dissimiles.

Cumq. etiam condecentius visum fuerit statuta per gentes, non autem gentes per statuta esse reformanda, eamque reformatiouem licet non levi egeat discussione, tamen facile fieri posse. Volens indemnitati suae consulere, ot quantum fieri potest, finem litibus imponere et calumiuiosis litigantibus obviare, omissa longa statuti filateria, voluit quam plures infranotatas consuetudiues, iuri, et aequitati consonas pro commodo, ot minori gentium suarum dispendio in usum, et stilum couvertere, et servare, quae a priucipio (quidem immemorabili) semper indistincte et ab omnibus habitantibus Vallem ipsam, et ibi practicantibus, causantibus et litigantibus siue ulla prorsus exceptione in banc usque diem approbatae receptae et obsorvatae fuorunt, et super eis per omnes J. C. quidem Egr. ibi Judices, Officiales, Rectoros, et Praotores processum, ot judicatum, praemissis tamon non obstantibus ipsa Universitas vereatur no recentiorum Judicum ot Offitialium subtilitas, lucrique aviditas, et aliquis timor, defensorumq. causarum, et litigatorum calliditas, atque versutia, qui remodo, quam

antea, qui caeteris perspicaciores reddere volunt, audeant contra tales eorum consuetudinos ot nnus opponere, et eorum stylum antiquissimum subvertore appetentes magis juxta varios litium eventus, lus commuuo, Nov. Const. et mode statuta servaro, procodeudo, et indicando, stilo, ot autiquissimis dictae Vallis consuetudinibns omissis, quae ros cederet maximo damno dictae Valiis, quae pauperrima est atque longos Processus sustinere noquit.

Quamobrem ad obviandum immortalitati iitium, ot ad conservandum eorum usus honestos, et eorum bonas cousuotudiues.

Nos infrascripti Notarij, Practicantes et Causidici dictae Vallis Vigiietij. Tenore praesentium fidem facimns, et attestamur, semper ad Tribnnal, et ad Offitium Magnificorum DD. Praetorum, et Judicum dictao Vallis, qui per tompora fueruut stilatum hacteuus fuisse, et in praesens stilari videiicot.

Primo, quod citetnr pars oretenus, et ipsa non comparente indistiucto per D. Praetorem couceditur iicontia pignerandi debitorem, et oxinde fiat pignus; potest tameu debitor prohibere ne fiat pignos, et citari facere creditorem ad videndum coutradici licentiao, et solutis expensis contumaciae admitti ad contradicendum.

Si vero non comparuerit, sed semper fucrit contumax, contra eum procoditur ad subhastatioues, et incantus dictorum pignerum, et nemine comparento deliberantur creditori pro eo pretio, quo sunt ter alternis diebus subhastata, et conceditur absque nlla citatione ipsi creditori per D. Praetorem praecoptnm poenalo depositario, quod ipsa piguora sic ut supra incantata, et deliberata relaxet creditori, quibus relaxatis dobitor habet terminum mensis ad ea pignora oxigendum, solveudo capitaie cum oxpeusis. Iu omuem casum semper sal. est iua debitori citari facere creditorem etiam post factum pignus, factisque iucantibus, et deliberatione, et pignoribus relaxatis, ad videudum contradici praedictis, et soiutis expeusis admittitur ad contradicendum, et eidem statuitur terminus quiudecim dierum utilium ad probandum, ot sibi iucumbentia faciendum ad formam Nov. Const. iu tit. de Jud. Cap. si per apparentom prima facie debitorem, si tamen constet de credito creditoris, quia eo in casu creditor teuetur probare suum creditum, soiet otiam quandoq. Judex inspecta quaiitate facti minorom, et breviorem terminum debitori concedere, et praedicta servantur, quando piguerantur bona mobilia, et semoventia.

Si vero pignorantur bona immobilia, si tentatur via data per Nov. Const. in tit. de bonis in solutum dandis iuxta formam per eas traditam proceditur. Si vero tentatur via statuti dictae Vallis pignorantur bona immobilia concessa licentia modo praedicto. Deinde transmittitur praeceptum aestimatoribus illius Communis, in cuius Territorio sita sunt bona, quod ea aestiment, et aestimationem refferant, qua aestimatione facta bona ipsa, constito prius semper de credito creditoris, dentur in solutum per D. Praetorem creditori peremptorie citato debitore pro capitali, et expensis, qui debitor habet post ea terminum anni ad ea bona pro eodem pretio, et expensis redimendi.

Item quod omnia praecepta qualiacumque sint, modo in eis sit inserta clausula gravatoria semper indistincte, et absque ulla exceptione concedantur.

Item quod si per unam partem oblatum fuerit juramentum alteri, in qualibet differentia sal. absq. scriptis, modo sit decisivum litis, vel illius capituli super quo defertur pars teneatur iurare, vel refferre sine aliqua scriptura, sal. si altera pars petierit illud sibi deferri in scriptis.

Item quod D. Praetor indistincte, et absque ulla poenitus exceptione interponat auctoritatem, et decretum suum cuilibet Instrumento tutelae, curae, et inventarij, et quibuscumque aliis instrumentis, in quibus tractatur de interesse minorum, modo non appareat expresse de aliqua fraudo in praeiuditium minorum. Cum juramentum, et fidejussio, quae praestant tutores, et curatores in eorum tutelis, et curis, quae sibi decernuntur, cessare contra eos faciant omnem malam suspicionem, adeo quod Judex nihil aliud habeat inquirere a tutoribus, et curatoribus, nisi suum decretum interponere minusq. quod tutores, et curatores reddant rationem eorum administrationis, quia haec spectant minoribus quando facti sunt adulti, petito prius, et eis decreto curatore, vel quando effecti sunt majores annis viginti quinque petere sibi reddi rationem administrationis ab eorum tutoribus, et curatoribus.

Quae omnia supra recitata semper servata fuerunt, et servantur in omnibus causis, tam pro minoribus contra alios, quam pro aliis contra minores, et contra quascumque alias personas, etiam contra absentes, et forenses, quando ratione contractus hic conveniri possunt,

citatis tamen prius ipsis ad domum solitae habitationis, et super platea Communitatis dictae Vallis.

Demum semper servatum fuit in omnibus causis, quae ad dictum Tribunal Viglietij tractantur summarie, et sola facti veritate inspecta procedere omissa omni processuum filateria, cum ut plurimum causae hic vertentes sint inter rurales, et modici momenti, quae si via ordinaria discuterentur, maiori dispendio partes ipsae gravarentur quam sit ipsarum causarum importantia. Ubi vero occurrant causae alicuius momenti, quae ordinariam requirant cognitionem, servantur termini juris, statutorum, et Non. Const. respective referendo.

Dignentur igitur omnes futuri DD. Praetores, et nunc D. modernus Praetor, omissis apicibus juris et legitimo rigore in protrahendis causis, servare praedictum stylum adeo acquitate, et honestati consonum, qui etiam in civitate Mediolani, eiusque Ducatu ad unguem servatur ut notorium est omnibus, et pro ut caeteri DD. Praetores, qui retroacto tempore huic Offitio Viglietij praefuerunt, tam Jure Consulti, quam Pedanei semper servaverunt, et ob id maximas gratias extra praesentem Vallem reportarnut, et sui non parvum desiderium ibidem reliquerunt.

Caeterum vero, ne quisquam litigator maioribus gravetur sportulis, atque solutionibus actuum solito, neve minus eroget consuetuo. Nos memorati, et infrascripti Notarj, Practicantes, et Causidici ut supra fidem quoq. facimus, et attestamur stylum, et antiquam consuetudinem sic se habere quo ad taxam mercedis D. Praetoris, et Notariorum pro ut infra videlicet.

Primo, quod Judex pro qualibet signatura licentiarum, et quorumcumque praeceptorum, tam poenalium, quam aliter, item sequestrorum, denuntiarum, peremptoriorum, ordinum admissoriorum, libellorum, iuramentorum, et aliorum similium, solidum unum Imper. tantum habeant.

Pro quolibet Relaxo in causa sequestri, solidos octo Imper.

Pro qualibet ordinatione diffinitiva, solidos octo Imper. et pro Interlocutoria, solidos quatnor Imper.

Pro quolibet dato in solutum juditiato, solidum unum pro qualibet libra.

Pro qualibet auctoritate, et decreto interposito alicui Instromento minorum, sol octo Imper.

Pro qualibet legalitate Notar. solidos octo Imper.

Quae solutiones duplicentur in causis Communitatum, vel plurium Consortum litis, praeterquam in dato in solutum, in quo etiam pro Communitatibus, et aliis ut supra non solvitur, nisi solidus unus pro qualibet libra.

Respectu vero Notariorum Banci dictae Vallis, pro mercede eis spectante in eorum Offitio, quae semper servata fuit, proponitur infrascripta Taxa videlicet.

Primo pro qualibet licentia pignorandi solidos duos Imper., si fuerit contra plures personas solidos duos pro qualibet persona accipiant.

Pro qualibet signatura praeceptorum, citationum, positionum, vel aliarum scripturarum, solidum unum Imper.

Pro qualibet citatione, sequestro, praecepto cum copia solidos quattuor Imper. et si fuerit praeceptum cum aliqua expositione, et excedant paginam in scriptura, cum copia, solidos octo Imper.

Pro qualibet ordinatione interlocutoria solidos duos Imper.

Pro qualibet ordinatione diffinitiva solidos quattuor Imper., si vero sint longiores pagina scripturae aliquid plus accipere possint.

Pro qualibet comparitione solidos duos Imper., si vero insit productio iurium, electio habitaculi, vel fideiussio, vel alii actus, solidos duos pro quolibet actu.

Pro qualibet productione Litterarum Sen. Excellentiss. vel Illustriss. Comitis, solidos octo.

Pro qualibet subscriptione alicuius Legalitatis Notarij, solidos octo.

Pro qualibet relatione solidum unum Imper., si ipsi eam scripserint, secus nihil accipiant.

Pro quolibet relaxo concesso in causa sequestri solidos octo Imper.

Pro quolibet praecepto intrandi possessionem aliquorum bonorum immobilium, vel continuandi in haereditate defuncti libras tres Imper.

Pro quolibet folio scripturae in explendis Processibus solidos tres Imper.

Quae omnes praedictae summae dupplicentur, si tractabitur de aliquo Communi, vel pluribus personis.

In datis in solutum iuditialibus solidum unum Imper. pro qualibet libra exigant.

Postmodum, quia omnia occurrentia in causis singulatim subijci non possunt nec memoriae succurrunt, hortamur dictos Notarios Banci,

tam praesentes quam futuros, attento maxime, quia eorum eloctio gratis sit, quatenus vetint erga omnes in exolvenda eorum mercede ea modestia, et urbanitate se se habere, itaut nulli unquam iustae quaerelae locus relinquat.

In quorum omnium praedictorum fidem nos Not. Practicantes, et Causidici ut supra has praesentes manibus propriis cum appositionibus signorum nostrorum Tabellionatum respective refferendo subscripsimus.

Subscrip.: Ego Camillus Balconus Not. pubt., et practicans dictae Vallis Vigtetii affirmo praedicta vera esse, et pro fide cum appositiono signi mei Tabellionatus subscripsi.

Ego Polydorus de Magistris Not., et practicans ad dictum Tribunal affirmo ut supra.

Ego Georgius Paxinus Not. pub. dictae Vallis affirmo nt supra, et pro fide subscripsi.

Ego Camiltus Azarius f. q. Antonil de Rege Not. publ. affirmo ut supra, et pro fide subscripsi.

Ego Jo. Petrus Batconus Not. publ. dictae Vallis suprascripta omnia, et singula vera esse, affirmo, et pro fide me subscripsi, cum appositione signi mei Tabellionatus consueti.

Ego Jo. Stephanus Rubeus Not. publ. dictae Vallis affirmo ut supra, et pro fide me subscripsi.

Ego Bartholomeus Balconus f. q. Joannis Not. publ., et practicans ad dictum Tribunal, ita praticari, servatumque fuisse attestor, et pro fide cum signo mei Tabellionatus subscripsi.

Ego Jo. Jacobus Guidottus Not. publ. Vigletiensis, de praemissis omnibus fidem facio, pro ut servare vidi ad dictum Tribunal pro tempore, quo ad illud practicavi, et in fidem, etc.

Ego Bartholomeus Paganinus Not. publ. Novariensis de praemissis omnibus fidem facio, pro ut servari vidi ad dictum Tribunal, et pro fide, etc.

Ego Petrus Paulus Romerius f. q. S. D. Francisci publ. Not. Vigletiensis, de praemissis omnibus fidem facio, pro ut servare vidi ad dictum Tribunal, pro tempore quo ad illud practicavi, et in fidem subscripsi.

Ego Romerius de Foeminis f. q. D. Jacobi Antonii de Crana Vallis Vigletii Not publ de praemissis omnibus fidem facio, pro ut servare

vidi ad dictum Tribunal pro tempore quo practicavi, et in fidem, etc

Ego Joh. Angelus Paxinus Not. publ. Vigletiensis, praedictam affirmationem, et fidem facio, cum meo signo Tabellionatus consueto.

Ego Antonius Maria Corsinolus f. q D. Jo. Mariae de Malescho eiusdem Valiis, praedicta omnia vera esse, et servari attestor, et vidi' ideoque me pro fide subscripsi.

Die Sabbati trigesima prima mensis Decembris anni 1667 confirmatus fuit suprascriptus stilus, et ordo per Not. infrascriptos presentaneos in dicto officio practicantes, per quos additus fuit stilus practicari consuetus, quo ad salarium, seu mercedem Collateralibus dicti Officii debit. pro ut infra videlicet.

Pro qualibet citatione in verbo, vel in scriptis, et intimatione cuiusq. citationis praecepti, vel ordinis, si in loco ubi residet Judex solidum unum pro qualibet intimatione, si extra, solidos duos pro singulo miliare respectu itineris, comprehenso accessu, et recessu.

Pro qualibet subbastatione, vel dolliberatione pignoris solidos tres.

Pro quolibet pignore solidos quattuor.

Pro quolibet actu praecepti intrandi possessionem solidos triginta.

Ego Franciscus Mellorius q. Jo. Antonii Not. de Cravetia practicans in dicto Officio affirmo ut supra.

Ego Camillus Balconus q. Octavii Not., et practicans in dicto Officio affirmo ut supra.

Ego Hieronimus Mellerius f. qu. Jo. Antonii Not. de Cravetia practicans in dicto Officio attestor ut supra.

Ego Jo. Baptista Sclavinetus f. q. Jo. Antonii Not. de Dissimo ad dictum Officium practicans attestor, et affirmo ut supra.

Ego Polydorus Magistris f. q. Causidici Jo. Antonii de Tocono habit. S. M practicans in dicto Officio attestor ut supra.

Ego Antonius Zanoletus q. Jo. Bapt. Not. de Coymo Not practicans in dicto Officio attestor ut supra.

Ego Carolus Antonius Caballinus Not. qu. Not. Jo. Antonii de Coymo practicans in dicto Officio attestor ut supra.

Ego Franciscus fil. q. Gasparis Nicolini de Voconio Not. practicans in dicto Officio attestor ut supra.

Ego Jacobus Perettus fil. q. Joannis loci Fineri Not. attestor ut supra.

Ego Jo. Franciscus Meliorius fil q Not. Jo. Baptistae do Maiescho practicans in dicto Officio attestor ut supra.

Ego Jo. Antonius de Magistris fil. qn. Not. Damiani de S. Maria practicans in dicto Offitio affirmo ut supra.

Ego Antonius Maria Corsinolus fil. q. Not. Antonii Mariae de Malescho practicans in dicto Offitio affirmo ut supra.

Ego Joseph Romerius fil. q. Leonis Not. de Regio practicans in dicto Offitio attestor ut supra.

Ego Jo Paulus Franzinetus q. Not. Jo. Antonii de Rege habit. Butonii practicans ut supra attestor, etc.

Ego Jo. Antonius Magistris fil. Not. Polidori de S. M. practicans affirmo ut supra.

Ego Marcus Antonius de Magistris fil. Not. Polydori de S. Maria practicans ut supra affirmo ut supra.

Ego Joannes Baptista Zanoletus fil. supras. Not. Antonii de Coym. Not. et practicans ut supra affirmo ut supra.

DOCUMENTO N.° 13.

Ordini e statuti relativi alle spese occasionate dai banditi, e malviventi in data 29 giugno 1595 coll'approvazione del Senato delli 4 novemb. 1599. (L'Originale è fra le Carte dell'Autore).

Philippus III. Dei gratia Hispaniarum, utriusque Siciliae etc. Rex et Mediolani Dux etc. Universitas Vigleti per sequentes praeces petiit a nobis approbationem quorundam ordinum, qui sunt tenoris sequentes:

Praest.me Rex. Prospicientes Consules, Communia, et homines totius Vallis Vigletii fid. M. V. Ser. immoderatas expensas, damna innotabilia, et imminentia rei, et vitae pericula quae in dies fiunt exantlantur, et subeuntur ex improbissimorum, et scelestissimorum hominum maxime bannitorum frequentatis incursionibus in dicta Valle in finibus huius status, et Mediolanensis dominii sita, ex quibus etiam Superiorum jussa relegationes dispendiosae quandaque emanant ab eorundem hominum perditorum aliquando receptationibus, quae tamen non sine vitae periculo evitari nequeunt, sed et potissimum quia ob particularium tacitam animi propensionem ad particularem factionem partium siquidem ut minus aerumnosam detestandam adhuc anhelantium eis aditus in ea Valle, secreto pateat ut ea propter ex tacita re-

ceptatione molem expensarum, et damnorum onera quae particulares delinquentes omni jure, et aequitate distante justus et aequius fere deberent ut delictorum poena suos teneat authores, communia innoxia miserrimae Vallis immerito subeant; quia etiam iterum hisce flagitiosissimis, a talibus plurimum aperiatur ad immanes, et innumeras cedae hactenus sequutae, furta, raptus, et ad quavis alia facinora. Hisce et aliis innumeris malis occurrere olim cogitarunt supplicantes, ut quoad fieri possit perdendum horum scelestissimorum, et improbissorum hominum genus, non nisi rem, et sanguinem malens cum eorum vi, et unanimi concordia prorsus arceatur et ne in posterum aliorum nomine particularium contra omne jus, aequitatem, et rationem in caput innoxarum Communitatum redundent jamque talium fauctores ad eorum desertionem invite subigantur, ac cum illorum receptione merito perdantur, communi omnium consensu, et uno ore ac nullo discrepante ad annexos ordines in futurum observandos modo salutaris P. M. V. accedat assensus devenerunt, quorum futurae observationi omni mode, ut necessarium addatur robur, nec de caetero impugnari nullatenus possint pro eorundem ordinum benigne implorata subsistentia, ac confirmatione ad M. V. supplices confugiunt, profusis eamdem praecibus exorando, ut narratis, attentis, et potissimum ex miserrima Valle malis expurgetur hominibus et expurgata publica exoptata quiete qua per innumeros annos privata est, et caret tandem sic ricuperata tuto perfruatur, dignetur decernere occlusos ordines per dictos Consules, Communia, et homines ut jacent compilatos, tenere, et valere debere eorumque saluberrima confirmatione roborare et confirmatos perpetuo valituros, et observandos fore motu tui proprio, et certa scientia, ac potestatis plenitudine si ita placet expedire, accedente et juxta, et ita quod reperitur in abbreviaturis Instrumentorum rogatorum per me Notarium infrascriptum inter caetera sic fore scriptum.

In nomine Domini anno a nativitate ejusdem millesimo quingentesimo nonagesimo quinto Indictione octava, die Jovis vigesimo nono mensis Junii in terra Sanctae Mariae Vallis Vigliotii, et in domo Communitatis dictae Vallis. Congregata fuit publica credentia generalis dictae Vallis more solito in qua aderant infrascripti Consules V. Joannes Jacobus Rubeus, et Jacobus illorum Julii de Bonardis Consules Cojmi, et Joan: Antonius Magljnus, et Joan: Antonius Allograntia Consules Albonii, Antonius Mazetus, et Bartholomaeus Minolae Consules

Druonii. Joannes Antonius Jacomali, et Stephanus Mazarochi Consules Buttonii. Joannes Rubeus, et Antonius de Feminis Consules Cranae. Joannes Dominicus dictus Manghinus, et Joan: Ant. Bartholomei ambo de Magistris Consules Toceni; Vidolus parus illorum Vidini, et Bartholomeus Zanigrandi Consules Voconiae et Praestinoni; Hyeronimus Balconus q. Joan. Petri et Antonius Cazolus Consules Cravetiae; Petrus Antonius f. q. Francisci Consul Isornaschi; Michael Francini Bonda, et Joan: Petrus Jacolo Consules Maieschi; Antonius Cavallus Consul Fineri; Baptista Adorne Consul Villettarum; Joseph Romerius nomine Bernardini, Baptista Franzinetti Consules Regii, et nomine Camilli Azarii Consulis Folsogni; Bassianus Maierba Consul Dissimi; et Joannes Maria Cantoni Consul Oigiae, in qua quidem credentia, et congregatione usu compertum est ab nonnulliorum particularium personarum locorum dictae Valliis patrata delicta, et que in die patrantur universitatem hanc Valliis Vigiietii fere quot annis intollerabiles expensas sustinere, et fore etiam ut majores passura sit, nisi aliquod opportunum remedium adhibeatur quo provincia hac malis hominibus expurgetur, vel saltem expensae in posterum sustinendae vel ab ipsis hominibus improbis quorum causa fient, si nostrates erunt, vel a Comunitatibus locorum, vel a Dominis Domum in quibus illi degunt, ubi etiam hi forenses sint solvantur. Qua propter quod praefati Consules ut supra congregati omnes unanimes et concordes, et nemine eorum discropante qui etiam representant totam dictae Valliis universitatem et eorum nomiuibus etc. ac etiam nomine totius universitatis Vigietii cum interventu etiam, et decreto Sap. J. C. D. Ludovici Cribelii. L. I. Praetoris dictae Valliis protribunali sedentis, voluntarie et omnibus modo devenerunt et deveniunt, ac etiam fecerunt et faciunt infrascriptos ordines, ac infrascripta statuta, et ordinationes inviolabiliter observanda in hunc qui sequitur modum.

Primo namque statuerunt, et ordinaverunt, statuunt, et ordinant quod si in futurum ab hodie in antea contigerit aliquem vel aliquos delegatum vel delegatos accedere in praesentem Valiem cum aliquibus militibus aut Birvariis occasione persequendi aliquos bannitos in dicta Valle Vigietii commorantes, aut alios delinquentes, vel assumendi aliquas informationes contra aliquem particularem, seu aliquos particulares aut quodlibet Comune dictae Valliis quod expensae omnes, et quaecumque tam cibi et potus, quam salariorum persolvantur, et per-

solvi debent per has personas nostrates quarum causa ipsi delegati, milites, et Birvarij accederent ad presentem Vallem ubi tales personae sint solvendo, et ubi non sint solvendo, vel sint forenses, vel banniti, quod eo casu terra, seu locus, seu vicinia ipsius loci, et terra vel communia ipsorum locorum, cujus, seu quorum, seu in quo, vel quibus talis delinquens, seu delinquentes erunt incolae, vel talis forensis, aut bannitus aut forenses, aut banniti morabitur, vel morati fuerint, teneatur, et teneantur ex et de fructibus tamen bonorum vel ex bonis ipsarum personarum nostratum quarum causa ipsi delegati accedent ad presentem Vallem, ubi talos personae sint solvendo, et ubi non sint solvendo, vel sint forenses, vel banniti, quod commune vel communia ut supra debita referendo ad solutionem dictarum expensarum, et salariorum fiendarum per dictum delegatum, seu delegatos, milites, et Birvarij, et hoc absque ulla exceptione. Item in omnibus, et per omnia statutum, et ordinatum esse censeatur ut supra, ubi etiam sive delegati ex ordine S. E. aut Senatus excel.me, vel Ill.mi Comitis transmittereutur milites aut Birvarij vel ad hospitandum in praesenti Valle causa bannitorum vel aliorum improborum, vel ad eosdem persequendum, et detinendum, quod si forenses, et bannitus, seu forenses, et banniti in domo alicuius particularis, vel particularium personarum commorati fuerint, quod commune, seu communia ut supra ipsorum locorum cujus, seu quorum, seu in quo, vel quibus talis receptator, seu receptatores erunt incolae de fructibus tamen ipsorum receptatorum, et seu de bonis eorundem ubi sint solvendo teneatur et teneantur ad praefatas expensas quascumque fiendas, et ubi dicta particularis persona, seu particulares personae non sit, aut non sint solvendo quod adhuc communitas loci, seu communitates locorum in quo vel in quibus degit, seu degunt talis receptator, vel tales receptatores teneatur et teneantur ad dictas expensas et ut supra, quod si dictum commune seu dicta communia cum effectu ipsum delinquentem, aut delinquentes nostratem, et nostrates forensem aut bannitum, vel forenses aut bannitos in fortijs Justitiae consegnaverit, aut consegnaverint, quod tunc et eo casu expensae praedictae cedant damno totius Vallis Vigletii, et dictum commune, seu communia ut supra debita referendo teneatur et teneantur tantum ad ratam et pro rata dictarum expensarum. Idem etiam statutum esse intelligatur de particulari, seu particularibus in cujus domo, seu in quorum domibus dictus

delinquens, aut forensis, aut bannitus vel delinquentes seu forenses, vel bannitos moratus fuerit, aut morati fuerint, ut si cum delinquentem, seu forensem, vel bannitum, delinquentes seu forenses, aut bannitos effectualiter in fortijs Justitiae consignaverint quod talis particularis, seu particulares non teneatur, nec teneantur ad expensas nisi ad ratam, et pro rata cum tota Valle, salva tamen semper qualibet alia constitutione contra receptatores bannitorum, et aliorum delinquentium disponente cui non intendunt ullo pacto contravenire, et praefata fiunt ad omnem bonum finem, et praecipue quilibet curet omni studio ut delinquentes punlantur nec bannitl se in Vallem hanc conferant, nec alii forenses malae vitae. Item attento quod retroactis temporibus multi particulares praefatae universitatis Vigletij accesserunt extra dictam Vallem Vigletij ad civitatem Mediolani, et ad alia loca asserentes accedere beneficio, et pro interesse dictae Vallis Vigletij attamen pro eorum beneficio et interesse', et propterea statuerunt, et ordinaverunt ac statuunt et ordinant quod in posterum nullos audeat, nec praesumat accedere ad aliqua loca extra dictam Vallem Vigletij nomine, et pro interesse dictae universitatis Vigletij nisi habuerit licentiam, et mandatum a Consulibus dictae universitatis Vigletij, et contrafacientes nullum salarium et nullam solutionem habeant nec habere possint ab ipsis hominibus dictae universitatis Vigletij; Renuntiantes et juraverunt et inde, et de praedictis rogatum fuit Joan. Stephanum Rubeum, et Petrinum de Magistris notarios in solidum. Actum ut supra testes Hyeronimus Mellerius phisicus q. Francisci de Cravetia, Jo. Jacobus f. q. Jo. Blonde de Toceno, et Gabriel Rasitius collateralis dictae Vallis notl, etc.

Ego Jo. Stephanus f. q Bernardi de Rubeis habitans in terra Sanctae Mariae Vallls Vigletij pubblicus imperiali auctoritate notarius suprascripta statuta, et ordines una cum Petro Rogatus abbreviaturam et per alium mihl fidum scribi feci, et pro fide me subscripsi.

Omnibus autem diligenter consideratis, ac audito etiam Fiscl nostri voto per hos nostros ordines ipsos approbamus, et confirmamus et ab omnibus ad quos spectat, et spectabit observari volumus, et mandamus, modo quoniam intervenerunt tantum duo Consules ex singula terra, sequatur ratificatio illarum universitatum, seu duorum partium ex tribus.

In quorum fidem praesentes nostro sigillo muni os fieri, et registrari jussimus. Dat. Mediolani die quarta Novembris MDXCVIIII.

DOCUMENTO N.° 14.

Statuto prescrivente che i Consoli possano introdurre in Consiglio un loro Consigliere - in data 14 Dicembre 1603.
(Dal libro dei Consigli generali).

Si conferma l'ordine dato già dalla felice memoria dell' Ill.mo Sig. Conte Giovanni Battista Borromeo intorno alle credenze almeno in quella parte che concede libera facoltà alli Consoli di poter introdurre seco alcuni in consiglio da quali possino pigliar parere, e che l'ingresso de tali consiglieri non sia impedito dalli Podestà di detta Valle.

DOCUMENTO N.° 15.

Ordine prescrivente che i Consigli generali debbansi tenere all'ora di terza - in data 25 Aprile 1604.
(Dal libro suddetto).

Hanno ordinato tutti li Consoli unitamente che per l'avvenire occorrendo farsi credenza fuori delle credenze generali di St. Pietro e St. Tomaso, tal credenza si abbia a fare nel tempo di terza, et non dopo mezzo giorno, per qual credenza li Consoli saranno avvisati con li debiti biliettini di quello si avrà a trattare, eccetto che si fosse tale che non si dovesse, nè si potesse parlare per degni rispetti all'arbitrio del Sig. Podestà, et questo sotto pena de scudo uno per ogni volta che saranno contumaci di essere applicati per li due terzi alla Valle, e l'altra terza parte all'Officio di essa Valle.

DOCUMENTO N.° 16.

Ordini, e spiegazioni del Feudatario circa le visite Giudiziali, le denuncie, e diritti inerenti alle medesime.
(L'originale è fra le carte dell'Autore).

Li Consoli dell'università della Valle Vigezzo supplicano V. S. Ill.ma comandare quello si deve fare nelli casi seguenti:

Prima. So li Offitiali facondo visita d'alcun morto per accidente da se stesso pericolato ponno havere la visita, e a pagarla se tocca agli Eredi del Morto ovvero al Comune, et quanto gli si deve.

2° So ponno far visite di luoghi robbati anco in cose di poco valore benchè non vi sia rottura di niuna sorte, et quanto se gli deve non constando del delinquente.

3° Se ponno far visite d'ogni minima ferita sia casuale per disgrazia, sia in questione quando non precoda giudizio mortale del Chirurgo approvato, e se la ponno faro, et a chi tocca come sopra a pagare.

4° So i Consoli non sono obbligati denuntiare se non quanto intendano da quelli, che in qualsivoglia modo hanno avuto il male sia in ferito, siano rubbarie, et tali sijno obbligati trovaro li Consoli, et dirgli il giusto successo alli testimonij se vi sono, altrimenti incorrino loro qualsivoglia pena possino incorrere essi Consoli quali ogni giorno sono molestati dagli Offitiali, messi in prigione, et farli pagare molti denari.

5° Essendo solito d'essa Vallo nel suo territorio subito cessato le grosse innondazioni d'aque conciaro le strado, et ponti per potere andare alli mercati di Domo D'ossola, et di Canobbio, come anco sono soliti subito cessate lo nevi far le calate, tuttavia la Valle Canobbina por andare a Canobbio nè meno le torre di Masera, od Trontano Giurisdiziono di Vogogna, nel territorio do' quali vi è più della motà della Strada per andare al Morcato di Domo, nè conziano strade, nè mantengano ponti, nè mono fanno Calate por il che ogni anno quasi pericolano gonto assai.

Addì primo Febbrajo 1622.

S'ordina al Podestà presente, et altri per li tempi avenire, che facino come seguo:

Al primo che s'eseguisca l'ordine del Senato Eccl.mo dato sotto il 24 Novembro 1523, qual comanda, che non si debba dare honorario alcuno per lo visite dei morti, o altri accidenti casuali.

Al 2° È da avvertire cho la grida del Preg.mo Sig. Marchoso dell'Hinoyosa del 1614 ai 13 Giugno provedo a questo caso distinguendo in questa maniera: ove è querelante, ed al'hora tocca a lui a somministrare il denaro della visita, che non deve occedore la somma di sedici lire, et questo si devo intendere tanto nel furto quanto nella

robbaria; ma se non vi è querelante al hora si deve osservare li ordini del Senato sotto il 9 Gennaro 1611.

Al 3° Non si deve far visite d'ogni minima ferita, ma il ferito si deve chiamare all'Offitio, et ivi visitarlo.

Al 4° Se si tratta di delitto notturno pare che i Consoli habbino probabile ignoranza del successo; devono però fare le loro diligenze opportune, ma quando si tratta di delitto commesso di giorno, ed alla presenza de' testimonj, deve il Console invigilare per cavarne la verità, et osservare quello che comandano le costitutioni nel titolo de Accusationibus, et le gride etc. etc.

Al 5° Quanto alla conciatura delle Strade della Valle Canobbjna, et Domo bisogna concertarla con quelle Giurisditioni, et in caso di renitenza ricorrere alli Superiori.

Signat. Carolus Boromeus cum Zifra.

Subscript. Stephanus Furris Auditor.

DOCUMENTO N.° 17.

Ordine prescrivente che non si debbano imporre taglie straordinarie senza il permesso del Feudatario, e che in caso di consigli generali straordinarii si debba dare l'avviso un giorno prima, e per iscritto contenente l'indicazione delle cose a trattarsi: in data 13 *xbre* 1627. (Dal libro dei Consigli generali).

Per obviare alla facilità delli Consoli, che consentano all'imposta di qualsivoglia taglia hanno ordinato tutti unanimamente, et concordemente che per l'avvenire non s'imponga più taglie alcune straordinarie che prima non se ne dia avviso all'Illmo Sig. Conte patrone, il quale dinnanzi considerato maturamente al merito del quale si tratterà dichiari quello che sarà più espediente, opportuno, et salutare alla Valle, eccettuato però i casi improvvisi, e necessari nelle quali si possino tagliare sino alla somma di scudi sei d'oro.

Inoltre hanno ordinato che per l'avvenire non si possi congregare credenza alcuna straordinaria che prima non precedi l'avviso in iscritto alli Consoli, che contenga che cosa si ha da trattare in detta credenza.

DOCUMENTO N.° 18.

Ordine del Senato prescrivente che gli officiali dell'Ufficio Pretorio di Vigezzo non riscuotano alcuna mercede per le visite delle morti, od altri accidenti fortuiti non imputabili al delitto: riconosciuto, e di nuovo ammesso il 26 ottobre 1663. (Da una copia autentica esistente nell'Archivio di Malesco).

P. R.

Etsi ex pluribus M. V. Senatus sanctionibus prospectum videatur absurdis, quae circa exactionem honorariorum Jusdicentium in forenses Curias irripiunt et per praecisos plurimos ordines Excell.mi Senatus maxime anni 1573 24 Novembris per Garon fol. mihi 105 in verb. rubr. visitatio provisum sit, ne pro visitationibus casuum fortuitorum quorum eventus mero casui ascribi potest scilicet cadaverum ex aliqua planeta, tecto, rupe, seu aliter collapsorum, incendiorumque, et similium casu, et non culpa evenientium aliquod exigere audeant honorarium. Audent tamen in his, et similibus casibus Praetores, et Curiales Officj Vallis Vigletii mercedem, vel a Domesticis mortuorum afflictionem afflictis addendo, vel a Comunitate in cujus territorium id evenit quotidie extorqueri rectamq. ob distantia loci Senatus mentem fallere, et ordines praedictos contemnere in maximum praejuditium justitiae, et damnum totius Vigletii Jurisdictionis non obstante quod Eccell.mus Senatus ad preces Communitatis Cravetiae praedictae Vallis ordines praecisos dederit Praetori ejusdem sub die 22 Junii 1645 prox. elapsi tenoris inclusi, erga alias tamen Communitates non servantur. Idcirco Sindici, et Consules Communitates Maleschi Vallis praedictae Serv. fidiss. M. V. ut ipsi etiam de eodem ordine provideantur ad Banc. confugiunt.

In nomine Domini Nostri Jesu Christi, et Sanctae, et Individuae Trinitatis, cui Sol, et Luna serviunt, et quae tam terrenis quam caelestibus dominantur. Licet pluribus annis elapsis Curia, et homines Curiae Matarellae cum aliquibus sibi emulis, et adversariis perstiterint in variis, et diversis guerris, et discordiis, tamen perpensati, quod vitam gerentes bellicosam in sanguine, animalibus comparari

merito possunt, disposuerunt unanimiter, et concorditer, et in eorum generali credentia Illustrem, Magnificum, et Excelsum Dominum D. Galeaz Vicecomitem Comitem Virtutum Mediolani etc. Imperialem Vicarium Generalem in eorum, et dictae Curiae, et hominum utriusque sexus Gubernatorem, et Protectorem implorare cum quibusdam modis, pactis, et capitibus, de quibus inferius ad plenum descriptum est; unde litteras direxerunt Domino praelibato substantialiter continentes quod pro talibus exequendis ad ipsos de Curia Mattarellae dignaretur praelibata munificentia dirigere Egregium, et Spectabilem Militem D. Andream de Pepulis, et Nobilem virum D. Petrum de Muralto fideles praefati Domini, ad quos praelibatus Illustris, et Excelsus Dominus dictos DD. Andream et Petrum transmittere dignatus fuit cum litteris concessione tenoris infrascripti.

Nos Galeaz Vicecomes Comes Virtutum Mediolani etc. Imperialis Vicarius Generalis. Universis, et singulis ad quos praesentes nostrae litterae pervenerint, facimus manifestum, quod Egregio Militi D. Andreae de Pepulis, et Nobili viro Petro de Muratto dilectis nostris, de quorum experta fide, et devotione speramus auctoritatem, licentiam, arbitrium, et omnimodam potestatem dedimus, atque concessimus, et praesentium tenore damus, et concedimus recipiendi ad gratiam, benevolentiam, protectionem, et obedientiam nostram Communitates, et homines Curiae Matarellae, cum omnibus suis terris, fortalitiis, rebus, et bonis sub quibuscunque modis, pactis, et conventionibus, de quibus eisdem DD. Andreae, et Petro videbitur, et placuerit. Promittentes ex nunc ex certa animi scientia, et omnibus aliis modis, jure, via, et forma quibus melius possumus, quod omnia, et singula, quae praedicti DD. Andreas, et Petrus promittent nomine nostro praedictis Communitati, et hominibus Curiae Mattarellae, seu aliquibus aliis pro eis qualiacumque fuerint, rata et grata habebimus, et observari inviolabiliter faciemus, ac si per nos personaliter conventa, et promissa fuissent. In quorum testimonium praesentes fieri jussimus, nostriq. sigilli munitas roborari. Datum Papiae 138t. die vigesimo secundo Febbruarii quarta indictione. Pasquinus coram quibus DD. Andreae, et Petro Commissariis per dictos Credentiarios, et homines Curiae Matarellae, nomina quorum sunt haec.

Bonus de Christo, Joannes de Bazeno, Antonius eius frater, Antonius Gufredini Perache, Georgius Tarabelli de Christo, Franciscus de

Campieno, Gulielmus Ardizzoni de Cravegna, Joanninus Uxeli de Mozio, Guliolmus Strape de Premia, Joannes Gulielmini Fiori de Premia, Caldera de Bortera, Primus Comas, Gulielmus Petri dolla Bouillina, Gufredus Petri Comi omnes de Antigorio.

Garbellinus de Semonti, Clericus de Gora, Jacobus de Laterere, Antonius de Marcio, Laurentius de Marcio, Joanninus de Pletino, omnes de Diverii, et Creuola.

Albertus de Polato, Mazuchus Jacobi, Bartholomaeus Petri de Crostis, Romezius, et Demoledus fratres de Montescheno, Bartholomaeus Pisarius, Antonius Petaronus de Bugnanco, et Demoldinus de Feligera, omnes de Antrona

Antonius de Torinbere, Francinolus Nicolae, Antonius Mini de Christo, Joanuinus eius frater, Joanninus Bertolini, Gulielmus Rialis, Antonius Mainerius, Joannes Tassoni de Pedelia, Pirettus Cagnoli, Joanninus Duglerius, Antonius de Lagura, Joannes de Sinoppo, Cumolus do Cisorio, Laurentius de Cisorio, Belmatus de Prata, Laurentius Camosini pro Burgo Domi, et Biparia.

Producta, et data, ac exhibita fuerunt Capitula, quae in praesenti contractu inferius sequuntur, et habito prius per ipsos DD. Andream, et Petrum super eos, et quolibet eorum plena, et matura, ac diligenti deliberatione semel, et pluries fecerunt responsiones penes ipsa Capitula, et sub unoquoque descripta de Capitulo in Capitulum pro ut iacent ad litteram.

Quas quidem responsiones praefati DD. Andreas, et Petrus ex potestate, et baijlia sibi concessis per praelibatum Illustrem Principem, et Dominum Magnificum, et omnibus aliis modis, jure, via, et forma, quibus melius potuerunt, et possunt promiserunt super eorum fidem facere per praelibatum Illustrem, et Magnificum Principem, et Dominum approbare, et ratificare, et eis observare cavillationibus quibuscunque relectis; et ipsi omnes praenominati ex nunc unanimi voce, et nemine eorum discrepante sub jure ipsorum Capitulorum infrascriptorum, et responsionum subsequentium, et penes unumquemquo ipsorum Capitulorum infrascriptorum descriptorum vocaverunt, nominaverunt, et eligunt in eorum, et totius dictae Curiae, et Hominum Curiae Mattarellae praelibatum Illustrem Magnificum Dominum Galeaz Vicecomitem Comitem Virtutum Mediolani etc. Imperialem Vicarium Generalem, Protectorem, Gubernatorem, et Defensorem, et Conserva-

torem, ac etiam promiserunt sub obligatione sui, et omnium suorum bonorum, ac totius Communitatis, et Hominum Curiae Mattarellae praelibatis DD. Andreae, et Petro respondetur nomine, et vice praelibati Domini Comitis Virtutum, ac perpetuo, et omni tempore esse, fore, et perseverare fideles servitores praelibati Domini Comitis Protectoris sui, sub modis, et formis ipsorum Capitulorum, et responsionum inferius descriptorum, et descriptarum, et ipsa Capitula, et responsiones praelibato D. Andreae attendere, et observare, et obedire praelibato Domino eorum Capitulorum, et responsionum tenorem, et substantiam, ipsique de Curiae Mattarellae observare, et observare facient per se, et suos quosvis Rectores, et Officiales, de quibus omnibus praedictis, et infrascriptis Capitulis, et responsionibus per me ibidem lectis, et vulgarizatis ad eorum omnium plenam intelligentiam, et ad cautelam maiorem, et roboris firmitatem rogaverunt me Aresminum de Prata Notarium infrascriptum habitatorem Burgi Domi ut publicum rogarem, et reciperem Instrumentum, et plura unius et eiusdem tenoris.

Quae quidem Capitula, et responsiones facta per ipsos DD. Andream, et Petrum sunt haec, et hae videlicet.

In Christi nomine Amen. Infrascripta requiruntur per homines Curiae Mattarellae sibi fideliter observari, et attendi cum omni firmitate per Illustrem, et Magnificum Principem Dominum Dominum Galeaz Vicecomitem Comitem Mediolani etc. Imperialem Vicarium Generalem, ipsis venientibus ad eius gratiam, et sub eius gubernationem, et protectionem, et

1. Primo quod omnia damna, iniuriae, offensae, malefitia, et alia quaeqq. crimina per eos, et quoslibet eorum adhaerentes, faventes, et sequaces hinc retro commissa, et perpetrata, et commissae, et perpetratae quomodocumque, et qualitercumque, et quibuscumque temporibus, et locis sint remissae, et remissa, et oblivioni tradita, ita quod de eis, nec aliquibus ipsorum, eorumque nulla possit, nec debeat fieri amplius mentio. Respontio: *placet nobis.*

2. Item quod omnes banniti, et damnati, sive inquisiti, ex hominibus dictae Curiae Mattarellae, seu habitantes in ea, seu Territorio eiusdem; ac etiam ex adhaerentibus, complicibus, et sequacibus ipsorum, et qui etiam adhaeserunt sint, et esse intelligantur libere absoluti, et cancellati ab eorum bannis, condemnationibus, et inquisitio-

nibus, processibus corporalibus, criminalibus, et pecuniariis, tam inchoatis, quam inchoandis, et tam pendentibus, quam pubblicatis, omni cavillatione, et exceptione remotis, et omnibus dolo, et fraude cessantibus; et quod ipsi banniti, seu condemnati, vel inquisiti ut supra si sunt de dominio ipsius Domini praelibati Domini Comitis restituantur, et reintegrantur ad omnia bona sua, sicut erant antequam banniti, condemnati, vel inquisiti fuissent; Responsio: *placet nobis, quod restituantur, et reintegrentur, ut in Capitulo continetur ad omnia sua bona mobilia, quae extant, et ad immobilia ut sunt.*

3. Item quod omnia damna robariae datae, et factae per subditos Domini praelati, et Offitiales, et forenses stipendiarios, et forasterios hominibus Curiae Mattarellae, palam, vel occulte, et quae sunt restaurabilia a die inchoationis guerrae citra, et per homines Ossulae, eiusque, seu eorum Offitiales, Vicarios, et Rectores, forasterios et adhaerentes hominum Curiae Matarellae in territorio, et extra territorium Ossulae, quibuscumque personis undequaque sunt tam subditis praelibati Domini, quam aliunde sint remissae, et remissa, et quod de eis nullae fiat, ne fieri debeat restitutio, et haec intelligantur de bonis mobilibus tantum. Respensio: *placet nobis.*

4. Item quod Communitas Curiae Mattarellae reintegretur pro ut erat ante motam praesentem guerram, et quod omnes qui tunc erant suppositi iurisdictioni Vicariatus dictae Curiae Mattarellae veniant ad justitiam, et jura in agendo, et defendendo coram Rectoribus, qui erant per tempora in Regimine Curiae Mattarellae. Responsio: *placet nobis, quod dicta Curia reintegretur, prout in dicto capitulo continetur Communitati, et hominibus Curiae Mattarellae partis speloreiorum promittentibus, et satisdantibus hominibus de Viglesio, et Deganiae de Viglesio de servando eos in quolibet foro, et juditio, et quolibet alio modo contingenti eos accusari in dicta Curia, et Territorio ejusdem, indemnes ab omnibus offensis realibus, et personalibus, iuxta declarationem factam per nos, et possibilitatem ipsorum hominum Curiae Mattarellae, dummodo praedicti de Curia Mattarellae stent, et perseverent fideles sub dominio, et gubernatione Illustri Domini nostri.*

5. Item quod omnia ficta, decimae et massaritia, et credita, quae debentur per quemlibet utriusque partis, et per quemlibet subditum praelibati D. Comitis alicui ipsarum partium non solutas propter guerras occursas, persolvantur per fictabiles, massarios, et decimarios Do-

Digitized by Google

minis ipsorum habere debentibus, et docentibus de eorum juribus, omni excusatione remota, et ad hoc compellantur iuris remediis summarie, et de plano sine strepitu, et figura juditij, et tam adhaerentibus ipsorum de Curia Mattarellae, quam ipsis de dicta Curia. Responsio: *placet nobis quod per dictos debentes occasione contenta in dicto capitulo respondeatur, et solvatur creditoribus eorum, et omnibus, et singulis, de quibus reperiuntur debitores, habendo tamen semper respectum ad guerras, quae fuissent temporibus, pro quibus dicuntur debitores, et quibus guerris bona ea in dicto capitulo contenta non potuissent sic laborari, et coli, quemadmodum culta, et laborata fuissent, si pax vera, et perfecta fuisset; et hoc si causa, vel occasione alicuius partis speloreiorum, vel alicuius eorum stetissent quin essent cultae, nec laboratae.*

6. Item quod praedicti homines, Communitates, et Communia Curiae Mattarellae sint liberi, et absoluti in omnibus taleis, fodris, oneribus, impositionibus hinc retro impositis per quondam bonae memoriae Magnificum DD. Galeaz, seu per praelibatum D. Comitem Virtutum, et utriusque eorum Vicarios, Rectores, Capitaneos, et Officiales, quomodocumque, et qualitercumque, ita quod de eis nulla possit fieri exactio, vel molestia ipsi Communitati, nec hominibus in personis, nec aere, communiter, nec divisim, ipsis, nec fidejussoribus, seu satisdatoribus suis, et similiter fiat de hominibus de Tragnntano de la Guarda, et de Maxeria, et pareant foro, et etiam in terra, in qua habitant, et habitabunt. Responsio: *placet nobis.*

7. Item quod praelibatus Dominus det, et dare teneatur facere ac dari per homines sui Dominii, et districtus dictis hominibus Curiae Mattarellae forum bladi, vini, legnminum, et aliarum victualium rerum quomodo debent subditis praelibati Domini. Responsio: *placet nobis.*

8 Item quod ipsi homines Curiae Mattarellae solventes quolibet anno florenos septemcentum quinquaginta auri pro censu usuali praelibati Magnifici Domini, pro ut solvebantur quondam bonae memoriae Magnifici D. Genitoris sui, et Castellano Mattarellae, videlicet florenos sexcentum ipsi Domino, et dicto Castellano florenos centum quinquaginta, non teneantur, nec extrahantur a Curia Mattarellae ad aliqua confinia, vel inditia in aliquibus andatis, seu exercitibus, vel Campis ipsius praelibati Domini, nec mittere, nisi voluntarie facere velleut ipsi de Curia Mattarellae, nec teneantur, nec possint praelibatus Do-

minus, nec aliqui sui Offitiales ultra praedictum censum ipsos de Curia Mattarellae aliqualiter aggravare aliquibus taleis, praestitis, impositionibus, seu donis impouendis, vel requireudis, ad quae omnia, seu aliquod eorum miuime teueantur. Responsio: *placet nobis.*

9. Item quod ipsi homiues de Curia Mattarellae, videlicet credentiarii ipsius Curiae possiut siugulis aunis eligere Vicarium, et Rectorem suum, et Notarium dictae Curiae de subditis praelibati Domini quem voluerint suscipere iu Rectorem, cum confirmatioue sempor praelibati Domini qui habeat, et exigat pro se, et famulis suis husque ad numerum duodecim famulorum salarium suum de emolumentis Curiao Mattarellae secundum modum constrictum exigi, et persolvi per tempora retroacta, qui Vicarius, et Notarius uou possint staro, uec stare debeant in dicto Offitio, seu Offitiis ultra medium annum, vel anuum completum. Responsio: *placet, et contenti sumus quod nominent, et dent in scriptis Illustri Domino nostro praefato tres de territorio suo, ex quibus praefatus Dominus possit eligere unum quem doeuerit, et sic factum sit quolibet anno, et eundem modum, et ordinem debere servari in electione Notarij.*

10. Item quod dictus Vicarius, et Rector Curiae praedictae, qui erit per tempora ut supra, teneatur facere, et reddere jus unicuique tam iu civili, quam in criminali juxta formam statutorum Curiae Mattarellae, et ipsa statuta inviolabiliter observare, et eorum formam aliqualiter nou transgredire, et de sic facieudo solemniter iurare. Respousio: *placet nobis, dummodo non sit contra honorem praelibati Illustri Domini nostri.*

11. Item quod si homines Curiae Mattarellae non teueantur iu aliquo nec astricti, uec suppositi sint Capitaneatu Lacus Majoris in civili nec in crimiuali, sed solum Vicarius, et Rector ipsius Curiae, qui pro temporo regit, et gubernabit dictos homines, et Curiam, qui habeant peues se merum, et mixtum imperium a praelibate Domino nostro, et Domine dictae Curiae Mattarellae. Responsio: *placet nobis.*

12. Item quod omues subditi vestri partis spelorcierum Territorii de Traguutauo, et della Guarda, et de Maxeria, quia adhaeserunt per tempora retroacta ipsis hominibus Curiae Mattarellae integre restituantur, et restitui faciant eis omnia eorum bona mobilia, et immobilia, quae vecaulur tam liquida, quam occupata existentia in qualibet parte. Re-

Digitized by Google

sponsio: *placet nobis quod restituantur, et reintegrentur, ut in capitulis continetur.*

13. Item quod omnes processus, et sententiae latae datienes insolutum concessae, vel factao quomodocumque, et qualitercumque quibuscumque personis in praeiuditium ipsorum hominum Curiae Mattarellae, et ipsorum do Traguutano, della Guarda, et de Maxeria, vel alterius eorum sint capti, et estinctae, et conseantur nullius valoris, et momenti, et nullum posse, nec debere sortiri effectum, sed unusquisque de novo possit, ot ei liceat petere, et consequi ius suum, aliqua temporis praescriptione incursa a die inchoactae guerrae citra, non obstante, ita, et taliter, quod creditor, vel creditores sint in eodom statu, que erant tompore dictae inchoactae guerrae. Responsio: *placet nobis, salvo tamen quod si super ipsis aliqua instrumenta facta fuissent, quod illi, quibus fienda esset restitutio teneantur ipsa melioramenta, seu eorum valsimentum praestare illi, vel illis, cui vel quibus factae datione insolutum sint, vel concessae essent.*

14. Item quod homines Curiae Mattarellae siut reintegrati ad omnia sua bona immobilia, tam liquida quam occupata existentia in qualibet, parte Territorii praelibati Domini sicut eraut ante inchoatam praesentom guerram Responsie: *placet nobis, quod reintegratio sit ad omnia sua bona mobilia existentia in qualibet parte Territorii nostri in statu, in quo sunt.*

15. Item quod Torra Burgi Domi nullo tempore possit, nec debeat diminui de fortalitiis, in qua ad praesens extat aliqua occasione, nec alique modo, ingenio, seu colore possit Responsio: *placet nobis.*

16. Item quod omnes captivi utriusque partis libere rolaxentur, et captivi antea relaxati, qui nen solverunt rodemptionem non teneantur ad solutienem talis redemptionis, etiamsi de ipsa reporiantur obbligationes factae per relaxatos, vel alias singulares personas pro ipsis captivis. Respensio: *placet nobis.*

17. Item quod omnes venditiones, alienationes, et ebbligationes factae durante guerra per quondam Georgium Lafraucum della Guarda oxisteutem in fortiis inimicorum suorum, quia vi, et metu factao fuere, sint nullae, et nullius valoris et mementi, et eo quia dictus quondam Georgium diem clausit oxtremum in manibus inimicorum suorum, sioque mortuo captivo nen debet fieri, nec solvi redemptio. Responsio: *placet nobis content. redd. Papiae, et quod possessiones, et res venditae*

et alienatae, seu obbligatae per dictum quondam Georgium ut supra restituantur haeredibus suis de praesenti, et quaestio pendens de solutione ducentum decem septum florenorum, et compensatione fructuum, et proventum damnatur, et declaratur per nos Andream et Petrum, quod quaedam venditio facta per Bartholomaeum quondam Francisci della Guarda captivum tunc existentem Petrino Tomae de Ottolo de Tragontano, de quadam sua possessione iacente in Territorio della Guarda, praetio librarum quingentarum imperialium, et quae est valoris librarum mille Imperialium, et quae venditio facta fuit solum pro quadam redemptione per ipsum Bartholomaeum facta de libris ducentum quadraginta Imperialibus solutis per ipsum Petrinum Thomae, et nulla alia interveniente pecunia, licet pretium in dicta venditione appositum fuerit de dictis libris quingentis, sit nulla, et cassa, et nullius valoris, et momenti, ipso Bartholomaeo solventur dictas libras ducentum quadraginta Imper: Responsio: *placet nobis,*

18. Item quod omnes Clerici, Presbyteri, Canonici, et benefitiales Terrarum Curiae Mattarellae non possint molestari pro aliquibus taleis, seu oneribus positis, nec de caetero imponendis per praelibatos Dominos, nec eorum Offitiales, seu Rectores aliqualiter, nec modo aliquo, et quod Vicarij pro praelibato Domino constituendi in Ossula non se impediant, nec intromittant de aliquo Offitio Ecclesiastico in casibus pertinentibus, et tangentibus auctoritatem in spiritualibus Terrarum Curiae Mattarellae, et Vallis Ossulae, nec in praestan. aliquas auctoritates in aliquibus tutelis, seu curariis, nec aliis contractibus, ubi requiritur decretum Judicis. Responsio: *placet nobis quantum est pro praelibato Domino, et Offitialibus suis.*

19. Item quod Vicarij Curiae Mattarellae qui erunt per tempora non possint vocare ad credentiam Ossulae aliquos Homines nisi Credentiarios electos per Communia dictae Curiae. Responsio: *placet nobis.*

20. Item petunt, et supplicant quod gratia facta per praefatum Dominum Hominibus de Monte Cristitio, et de Crevola, et de Avania eis observetur, et quia sunt vicini, et proximi Terrae Burgi Domi, quod Vicarius Burgi Domi teneatur suum brachium impendere Vicario Terrarum vestrarum praedictarum ad agendum viriliter iustitiam et sub alio Offitiali non sint, nec teneantur in civili, nec in criminali et hoc si Vicarius ipsarum Terrarum requisiverit a dicto vestro Vicario Mattarellae dictum brachium. Responsio: *placet nobis.*

Digitized by Google

21. Item quod si aliquod dubium emergeret, vel occurreret circa formam contractum, vel aliquod ex Capitulis in ipso contentum, seu dependentem, vel connexum ab eis, vel aliquo eorum, seu intellectu illorum impositorum in dicto contractu, seu aliud quodcumque, vel qualecumque dubium, etiamsi de novo per quamvis personam quacumque occasione, seu quovis modo movere contingeret stetur, e stari debeat, et parere declarationi, et liberae voluntati Egregij Militis, et Potentis D. Andreae de Pepulis, et D. Petri de Muralto. Responsio: *placet nobis.*

22. Item quod praedicta omnia sint communia, et communiter observentur utrique parti tam parti Ferrariorum, quam Spelorciorum. Responsio: *placet nobis.*

Acta fuerunt praedicta omnia in Burgo Domi in Coenaculo Fratrum Minorum Sancti Francisci per omnes suprascriptos.

Praesentibus testibus Joannolo Dacida filioq..... Civitatis Mediolani Mercatore Jacobo filio q. Joannis Medaliae de Varallo, Antonio filio q. Uberini de Furnes de Orta Notario habitatore Burgi Domi, omnibus notis, idoneis, vocatis, et rogatis.

Sub anno Domini Nostri Jesu Christi currenti millesimo trecentesimo octuagesimo primo, indictione quarta, die Martis decima nona mensis Martii.

Et in cuius rei testimonium etiam ad majoris roboris firmitatem sigillo ipsorum DD. Andreae, et Petri, ac Communitatis dictae Curiae Mattarellae praesenti contractui, separatis Capitulis, et responsionibus, et omnibus suprascriptis duxerunt apponenda.

Signat. Andriolus.

Subscript. cum signo Tabellionatus anteposito hoc modo videlicet.

Ego Jacobinus Notarius filius q. Rimoli de Orta autenticum hujus vidi, examinavi una cum infrascriptis Notariis, ac exemplum praedictum nil haddens, nec diminuens per litteram, vel sillabam, quae sensum mutet, vel intellectum, et me subscripsi.

Item subscript. cum alio signo Tabellionatus, ut sequitur.

Ego Petrus Trotarius filius Boni de Maxeria authenticum hujus exempli vidi, et observavi, et me subscripsi etc.

Item subscript. cum alio signo Tabellionatus anteposito ut sequitur ulz.

Ego Joannes filius q. Lossetti de Vogonia pubblicus Imperiali aucto-

ritate Notarius authenticum hujus exempli fidelilor una cum suprascriptis, et infrascriptis Notariis legi, vidi, et examinavi, ac intellexi, nil addito, vel diminuto praeter litteram, vel sillabam, quae sensum non mutat, vel intellectum, et me subscripsi etc.

Item. et denique subscript. cum alio signo Tabellionatus anteposito ut sequitur videlicet.

Ego Aresmimus de prata Notarius habitator Burgi Domi praedictis omnibus interful, et rogatus traddidi, scribique ita, et in testimonium premissorum meo signo anteposito subscripsi etc.

Concordat cum Originali in actis dimisso per Domussolenses, in causa cum Regulatore Generali Impresae Tabaci per me viso, collationato et deinde Parti restituto.

Franciscus Aguglarius.

DOCUMENTO N.° 2.

Lettera Ducale portante che non si molestino gli Ossolani pel pagamento di alcun caposoldo; dell'anno 1396 (1).

Dux Mediolani Comes Virtutum etc.

Audito luditio dato per Vos Dominum Antonium, et Bartholomaeum nec non et Henricum, et Raymundum super contentis in supplicatione nobis exhibita pro parte Communitatis, et hominum Curiae Mattarellae nostrae Vallis Ossulae, per quod dicitur in effectu, quod visis ed examinatis pactis, quae habent dicti Supplicantes cum sigillo nostro pendenti, per quae comprehenditis, dictos Supplicantes non teneri ad contributionem, sive solutionem aliquorum onerum Camerae nostrae, ultra certum censum, quem dictae Camerae nostrae solvunt annuatim, nec etiam teneri ad retentionem aliquam salariorum, doni, et capsoldi eorum Vicarii seu Potestatis, quia eidem solum satisfit de suo Salario ex condemnationibus quas facit, et non per ipsos supplicantes, qui non se intromittunt de condemnationibus antedictis, et quod per consequens ipsi Supplicantes vigore dictorum pactorum non tenentur ad solutionem debitorum, de quibus ordinate agitur in supplicatione praedicta videretur vobis per nos esse opportune mandandum ad quos spectat,

(1) Tratta dal Capis-Memorie della Curia di Matarella, pag. 24.

quatenus omnia debita, de quibus supra fit mentio, deboant, ubicumque reperiantur descripta super libris Camerae nostrae, libere cancellare, adeo quod occasione ipsorum nullo unquam tempore valeant molestari; et nihilominus quia per litteras nostras alias scriptum fuit Vicario et Canepario tunc dictae Communitatis, ut retinerent, et mitorent Thesaurario nostro illa Salaria, de quibus agitur in Supplicatione praedicta, qui ipsas litteras contempserunt, dicitur ipsos tunc Vicarium et Caneparium esse fiendos debitores de dictis Salariis, et ad ipsam solutionem fore compellendos; contenti sumus, et volumus quod in dicto vestro Juditio continetur exequi faciatis. Datum Papiae die 7 Decembris 1396.

Petrus de Ecclesia de Vehemenia Notarius Cancellariae Intratarum Extraordinariarum praedictam copiam litterarum ab originalibus litteris signatus Vertù extinentibus ad ipsam cancellariam in filo litterarum anni praedicti exemplari fecit, et cum ipsis auscultavit, et non reperto hanc copiam cum ejisdem litteris originalibus discrepare se subscripsit. Die 13 Decembris anni suprascripti, in testimonio veritatis.

DOCUMENTO N.° 5.

Altra lettera Ducale sullo stesso oggetto del 1398 e pure tratta dal Capis.

Quoniam vigore pacterum quae Communitas nostra Domi Ossulae nobiscum habet, ipsa Communitas non tenetur ad aliquam retentionem fiendam in Salario sui Potestatis de denariis doni, et capsoldi, volumus et tibi mandamus, quatenus non obstantibus tibi directis de executione contra ipsam Communitatem fienda, occasione certi debiti, quod habere reperitur cum Camera nostra, occasione dicti doni et capsoldi certorum annorum proxime praeteritorum, nullam contra eandem Communitatem facias occasione dicti debiti noxiam novitatem, et si quae facta est, illam tollas penitus, et revoces indilate, ad ipsum enim debitum tenentur Officiales, qui dictis annis ipsi potestariae officio praefuerunt, contra quos executionem fieri ordinavimus opportunam. Datum Papiae die 6 Julii 1398. Signat. in Angulo. Ubertinus, et sigillat. Sigillo Ducali. A tergo — Prudenti viro Capitaneo nostro Lacus Majoris.

DOCUMENTO N.° 4.

Lettere Patenti dell'anno 1429 del Vescovo Pietro de Giorgi, colle quali si ordina che gli abitanti della Valle Vigezzo restino immuni dal pagamento del dazio, o pedagio di Domodossola (1).

Petrus Dei et Apostolicae sedis gratia Episcopus Novariensis et Comes etc. etc. Accepta supplicatione nobis exibita pro parte comunium et hominum, et singularum personarum Vallis Vigletij, mense, indictione, et die continentibus, et tenore infrascriptorum, videlicet. Reverendissimae paternitati vestrae cum omni reverentia, et subiectione significant fideles servitores vestri homines, et singulae personae locorum vestrae Vallis Vigletii quod tempore recolendae memoriae illustrissimi domini domini Ducis Mediolani qui dominabat in Burgo Domi, et in tota Vallae Ossulae pedagium Burgi Domi, et Vallossotae colligebatur nomine ecclesiae Novariensis, et Episcopatus vestri et tunc tempus, et ante, et tempore quo Curia Mattarella regebatur per recolendas memorias Dominorum Hugucionus, Johannis, Guillelmi et Oldradi Episcoporum ecclesiae Novariensis, et quorum supra major memoria non habetur, ipsi de Valle Vigletii nunquam solverunt, neque solvebant pedagium de aliquibus mercantiis quos conducebant a Burgo Domi, et a Valle Ossolae, neque factum transitum per dictam Vallem quo quomodo cum eorum mercantiis. Et postquam Dux Sabaudiae et..... aprehenderunt dominium dictae Vallis ipsi de potentia, et per vim subtraxerunt pedagium ab ecclesia vestra, et locaverunt eum conductoribus, qui conductores partialitate imbuti arctavorunt et arctari fecerunt ipsos da Valle Vigletii ad solutionem dictum pedagium contra debitum iuris. Nunc voluntate domini pedagium colligitur nomine ecclesiae vestrae, et in anno non per proprium (2).... dicti pedagii ab ipsis hominibus dictae Vallis ultra illud (2)..... Supplicant dicti homines paternitatem vestram (2)..... mandare et stabilire quod non arctentur ad solvendum dictum pedagium, ad omnem solutionem de jure arctari non debentur, quia ex violentia et partialitate duorum dominorum praedictorum ducis et.....

(1) L'originale è posseduto dall'Autore.

(2) La pergamena è in questi luoghi corrosa dal tarlo.

arctati fuerunt ad solutionem dicti pedagii ad omnem solutionem arctare non debebant. Aliter remanebunt ipsi de Valle predicta suffocati juribus suis quod non credunt fore de mente paternitatis vestrae. Attento tenore dictae supplicationis, et informati contenta in ea veritate fulciri volentes ipsos in suis juribus defendere declaramus ipsos de Valle Vigletii amplius non posse molestari ad solutionem pedagii praedicti per quoscunquo conductores dicti nostri pedagii. Mandantes quibuscumque officialibus nostris ad quos praesens negotium tangit, vel tangere possit quomodolibet in futurum presentes has nostras litteras observant, et faciant inviolabiliter observare. In quorum testimonio presentes fieri iussimus, et rogari, nostri quoque sugelli munimine roborare. Datum in nostro Episcopali palatio Novariae die vigesimo octavo mensis Decembris MCCCC vigesimo nono, indictione septima.

LS.

Julius Sori de Mandato praefati
Episcopi et domini registravi,
et scripsi.

DOCUMENTO N.° 5.

Investitura dell'anno 1429 fatta a nome della mensa vescovile di Novara e nella quale è detto che il dazio, o pedagio di Domodossola non deve essere riscosso dai Vigezzini siccome immuni dal medesimo (1).

In nomine Domini amen. Anno nativitatis ejusdem millesimo quadringentesimo, vigesimo nono; indictione septima, die vigesimo sesto mensis februarii, in burgo Domi, in domo habitationis domini Archipraesbiteri. Ibique Bartolomeus filius Antoni de Canenesso de Orta procurator, et factor generalis Reverendissimi in Christo patris, et domini, domini Petri Dei Gratia Episcopi novariensis, et Comitis, et Episcopatus, ad infrascripta peragenda ut constat, et apparet pubblico istromento procurae traddito, et rogato per Jullemum Sozagi de Orta notarium, et cancellarium praefati domini Episcopi et Episcopatus; anno, et die in eo contentis: procuratorio nomine praedicto dedit, et locavit ac

(1) La pergamena originale è posseduta dall'Autore della Storia Vigezzina.

locationis nomine concessit Francischo nato domini Martini de Cussogno habitator burgi Domi; ibi per se pedagia burgi Domi et Ossolae tam grossum quam minutum spectantia, et pertinentia praefato Domino Episcopo, et Episcopatui cum jurisdictione, et partibus praedictis; hinc ad calendas Januarii proxime futuris. Ita, et eo modo ut dictus Franciscus virtute praesentis locationis possit, et valeat dicta pedagia habere, percipere, colligere et exigere ac locare et sibi solvendum plenarie liberare, quietare, et absolvere, promitens dictus Franciscus praedicto procuratori quod pro ficto, et ricognitione dictorum pedagiorum anni proxime futuri in calendis Januarii proximo futuris dabit, solvet et consegnabit praefato domino Episcopo seu procuratori suo cui mandabit in Episcopali palatio Novariae libras centum imperiales bonae monetae Auri vel Argenti currente in civitate Novariae: quod fictum dictus Francischus convenit et promisit dicto procuratori seu praefato domino Episcopo dare solvere et consegnare in festo sancti Martini in civitate Novariae omne casu, et eventu, et omnibus suis consequentiis et periculis remotis. Hoc pacto quod dictus Franciscus non possit petere seu luere ac exigere aliquod pedagium *ab illis de Valle Vigletia* pro aliquibus eorum mercantiis pro ut ipsi de Valle Vigletii tempore quo erant subiecti Curiae Matarellae non solvebant. Et si casus contingeret quod Epidomia seu guezza insurgeret in burgo Domi seu valle praedicta propter quem mercantiae non haberent transitum, quod fiat restauratio, et diminutio de pretio dicti ficti pro ut declareretur per duos comunes amicos comuniter eligendos; pro quibus omnibus, et singulis suprascriptis firmiter attendendis et observandis dictus Franciscus possit ubicumque locorum conveniri ipsiusque bona saxiri, et sequestrari ac per censuras tam ecclesiasticas quam seculares coherceri, et obbligavit dicto procuratori, et per eum praefato Domino Episcopo omnia sua bona presentia, et futura pignori: quam locationem et omnia suprascripta praedictus procurator procuratorio nomine praedicto promisit dicto Francischo firmam, et firma, ratam et rata ac grata habere, et tenere. Sub obligatione omnium bonorum Episcopatus praedicti. Unde plura instrumenta ejusdem tenoris fieri jussa sunt. Presentibus Jacobo et Nicolao fratribus filiis Antonii rampini de Meglaxino habitatoris burgi Domi, et Bartolomeo filio quondam Mazuchi de Fajbello de Bugnancho testibus ad praemissa notis rogatis et vocatis.

Ego Guidolus notarius filius quondam Joannis de Cussegno habita-

tor Domi hoc instrumentum traddidi, et imbreviavi scripsi et mo subscripsi.

DOCUMENTO N.° 6.

Privilegi accordati dalla Repubblica di Milano alla Valle Vigezzo il 14 Dicembre 1447 (1).

Capitanei, et defensores libertatis illustris et excelsae communitatis Mediolani. Visis et examinatis infrascriptis capitulis Nobis porrectis parte dilectorum nostrorum communitatis, et hominum Vallis Viglotii, qui nobis etiam supplicarunt ut ea confirmare, et ratificare dignemur; et consideratis eorum fide ac divotione, quas illustri huic Communitati gerunt, semperque gesserunt: Volentes enim eis gratias et favores nostros impertiri, et sibi liberaliter complacere in his quae justa et honesta sunt, nostras post unumquodque Capitulum fecimus responsiones, et pro ut inferius annotantur. Et harum serie producta infrascripta eorum capitula juxta tenorem dictarum nostrarum responsionum post unumquodque capitulum annotatarum, ipsasque revisiones nostras ex certa scientia confirmamus et approbamus, et ratificamus, et pro confirmatis, approbatis, et ratificatis haberi volumus, et iubemus. Quorum quidem Capitulorum et responsionum tenor huiusmodi est videlicet. In primis quod Vallis Vigletii, et homines dictae Vallis non sint sub jurisditione Vogoniae, vel alterius terrae: imo habeant rectorem, et officialem, seu potestatem in sua Valle Vigletii cum mero et misto imperio, et separati sint ab aliis jurisditionibus, et Potestas dictae Vallis Vigletii habeat sallarium et prerogativas solitas tempore bonae memoriae quondam Illustrissimi Domini Domini ducis Mediolani pro ut constat per privilegia dictae Vallis concessa per praefatum dominum ducem et cum dicta Vallis tempore mortis domini ducis per se habuerit potestatem et officialem cum mero, et misto imperio ut apparet per litteras Ducales etc. *Ad praedictum primum Capitulum respondetur quod concedatur pro ut petitur.*

Item quod Potestates qui in futurum ponentur in ufficio potestariae

(1) La pergamena originale trovasi presentemente fra le Carte dell'Autore.

Vallis Vigletii non debeant neque possint stare in officium nisi per annum unum, et in fine sui Officii sindicentur, et pro ipsa sindicatione fienda nihil solvatur per communitatem Vigletii, et casu quo non mitteretur ad eos sindicandos in fine officii pro ut supra, quod tunc et eo casu octo de consilio dictae Vallis possint ipsos Officiales sindicare et omnia indicata per dictos octo executionem mereantur, ac executioni mandentur perinde ac si per sindicatorem illustris dominationis Mediolani tales officiales sindicati fuissent. *Ad praedictum secundum capitulum respondetur quod concedatur prima pars, et avisetur illustris et excelsa communitas per mensem ante finem anni.*

Item quod census qui solvebatur prelibato domino olim duci Mediolani tamquam nimis onerosus, et excessivus debeat diminui et ad summam honestam et sopportabilem reduci: et hoc quia homines ipsi solvunt annuatim Ecclesiae Novariensi, et certis aliis pro decimis et censu plusquam libras quatuorcentum quinquaginta imperiales, et homines sunt pauperimi non valentes tanta onera supportare. *Ad praedictum tertium capitulum respondetur quod solvant singulo anno libras centum imperiales illustri communitati Mediolani seu ejus Thesaurario in Mediolano medietatem unam ad Kalendas Aprilis, aliamque medietatem ad Kalendas Decembris cujuslibet anni a Kalendis Jannuarii proxime futuri in antea, in qua quidem solutione remittantur eis dono, et detrahantur de ipsa solutione in primo termine libras viginti quinque imperiales pro expensis per eos factis super hospitiis in Mediolano.*

Item intuitu pietatis, et misericordiae de speciali gratia concedatur quod homines predicti possint conducere castaneas pro eorum victu, et usu tantum a ripperia de Orta, et lacu majori, et jurisditione Vogoniae, et per terram Vogoniae sine solutione pedagii. *Ad praedictum quartum capitulum respondetur quod concedatur pro ut petitur.*

Item concedatur amore Dei, et speciali gratia quod homines dictae Vallis possint conducere castaneas quae homines ipsi lucrantur, et colligunt per lacum majorem a Ducatu Mediolani ad dictam Vallem sine solutione pedagii, et traversii in loco do Luino, Zermegnage, et Laveno, quas castaneas dicti homines possint conducere, et conduci facere sine licentia alicujus officialis seu capitanei et sine ulla datione pecuniae occasione licentia ibidem fiendae. *Ad praedictum quintum capitulum respondetur quod concedatur pro ut petitur.*

tem quod si aliqui de dicta Valle fecerunt aliquas robarias in dicta

Valle aut extra a tempore mortis praelibati Domini citra, vel aliqui extra Vallem fecerunt robarias in dicta Valle, quod robariae restituantur, et rubatores puniantur debita poena. *Ad praedictum sextum capitulum respondetur quod concedatur respectu hominum dictae Vallis, respectu vero aliorum qui non sunt de dicta Valle concedatur quatenus non contradicat ipsorum aliorum capitulis.*

Item quod praedicti homines non cogantur, nec teneantur ad costrutionem, et refectionem, nec ad contributionem aliquorum fortilitiorum, quae fierent, vel reparentur in Ossola extra Valle Vigletii. *Ad septimum capitulum praedictum respondetur quod concedatur pro ut petitur.*

Item quod omnia privilegia et exemptiones concessae et concessa hominibus dictae Vallis per Illustrissimum Dominum Dominum Ducem Mediolani etc. ac prerogativae quas dicti homines habebant tempore recolendae bonae memoriae Illustrissimi Domini Domini Ducis Mediolani etc. confirmentur, et conserventur praedictis hominibus Vallis Vigletii, et dicti homines conserventur in eo statu, et gradu in quo erant tempore mortis Domini Ducis. *Ad praedictum octavum capitulum respondetur quod concedatur pro ut petitur.*

Item quod strata de Mizandono remaneat in illo gradu in quo nunc est, et in *gradu quo erat tempore mortis* illustrissimi quondam Domini Ducis; ita quod victualia et mercantiae, et homines conducentes possint comode per dictam viam ire et redire, nec possint homines conducentes ipsas mercantias cogi ire nec redire per aliam viam ipsis invitis. *Ad praedictum nonum capitulum respondetur quod concedatur pro ut petitur.*

Item quod praelibata Dominatio non teneatur nec debeat aliquo tempore subiicere nec obligare praedictos homines praedictae Vallis alicui Domino nec Jurisditione nisi, si placuerit praelibatae Dominationi, domino Novariensium Episcopo, et Ecclesiae Novariensi, cuius Ecclesiae praedicti homines semper fuerunt, et steterunt. *Ad praedictum decimum Capitulum respondetur quod concedatur pro ut petitur.*

Item praedicti homines dictae Vallis possint conducere blada, et legumina a Ducatu Mediolani, et Episcopatu Novariae, et ab aliis terris ab inde supra ad dictam Vallem sine licentia alicuius officialis ipsis solventibus datia ordinaria. *Ad praedictum undecimum et ultimum*

capitulum respondetur quod concedatur cum licentia officialium gratis danda.

Mandantes universis et singulis officialibus, et subditis nostris presentibus, et futuris ad quos spectat, et spectare potuerit quomodolibet in futurum quatenus praedictas responsiones nostras superius post unumquodque capitulum annotatas ad contextum exequantur, et servent, ac exequi et inviolabiliter observari faciant, nec contra eas responsiones nostras quidquam intentent nec intentari permittant quoquomodo pro quanto gratiam praelibatae communitatis caripendant. In quorum testimonium praesentes fieri jussimus et registrari, nostroque sigillo apprehensione muniri. Dat. Mediolano die qnartodecimo Decembris millesimo quadringentesimo quadragesimo septimo.

Da detta pergamena originale pende mediante cordoni di seta rossa un grande sigillo di cera bianca coll'effigie di St. Ambrogio, e della Città di Milano racchiuso in una scattola rotonda di legno rosso. Ad un angolo della medesima pergamena sta poi scritto: Registrata ad cameram possessionum et exationum Communitatis Mediolani penes offitium Notarii dictarum possessionnm in libro Albasio nomini registri: incohacto de anno MCCCCXLVII In folio.

DOCUMENTO N.° 7.

Privilegi accordati da Francesco Primo Sforza Duca di Milano alla Corte di Matarella sotto il giorno 26 Marzo 1450 dietro apposite domande degli uomini di detta Corte (Tratta dalla copia stampata per ordine e spesa della Valle Vigezzo nel 1723).

Franciscus Sfortia Vicecomes Dux Mediolani etc. Papiae, Angleriaeque Comes, ac Cremonae Dominus. Parte Communitatis, et Hominum Curiae Matarellae, et Domus Ossulae porrecta fuerunt nobis Capitula tenoris Infrascripti videlicet.

In primis quod hominibus Curiae Mattarellae solventibus singulo anno in duobus terminis pro censu annuali Illustrissimo Principi, et Excellentissimo Domino Domino Francisco Sfortiae Vicecomiti Duci Mediolani etc. Papiae Angleriaeque Comiti, ac Cremonae, Parmae, Placentiae Domino Nostro etc. Libras trecentas Imperialium non possint astringi ipsi homines ad aliquid aliud persolvendum ordinarium, nec

extraordinarium, noc extrahi extra jurisdictionem dictae Curiae ad aliqua judicia, nec confinia, neque haec mandatis Campis, neque Exercitibus praefatae Dominationis, nisi se sponte submitterent. *Volumus fieri, sicut est solitum fieri tempore Illustrissimi Domini Ducis proxime defuncti, et pro censu contentamur solvi debere libras sexcentas tantum annuatim.*

Item, quod Officiales Curiae Mattarellae non ministrant ius Clericis, contra eorum debitores, nisi Dominus Episcopus Novariae constituerit in Ossula, et Jurisdictione dictae Curiae unum Vicarium in spiritualibus, coram quo Ipsi Clerici a Creditoribus suis possint conveniri, pro ut consuetum extitit. *Fiat.*

Item quia Dominus Episcopus Novariensis praetendit habere Dominium cum mero, et mixto Imperio contra homines Curiae Mattarellae, et contingerit Ipsum Dominum Episcopum praesentem, vel futurum movere litem contra ipsos homines Curiae Mattarellae, et procedere contra eos per Censuram Ecclesiasticam occasione Dominii, seu aliqua alia occasione Jurisdictionem tangenti temporalem, teneatur praefata Dominatio ipsam causam, et litem in se suscipere, et eos a praefato Domino Episcopo, et a quibuscumque personis volentibus invadere, et occupare dictos homines.

Defendemus pro posse ipsam Communitatem ab illicitis quibuscumque.

Item quod homines Curiae Mattarellae non teneantur in aliquo Capitaneatu Lacus Majoris: *Informabimus de jure dicti Capitaneatus, et justitiam faciemus.*

Item quia homines Vallis Diverii fuerunt nonvlter per Valesienses aggressi, assacomanati, et contremati, et per vim compulsi ad eis persolvendum Tassam Ducatonorum duorum millium, et alias graves promissiones attendendum, et Homines sui in Hostides pro praemissis attendendis abducti, por quae omnia ipsi homines Vallis Diverii remanont totaliter destructi, dignetur dominatio vestra remediis opportunis taliter providere contra Ipsos Vallenses, quod Ipsi homines Diverii a praedictis gravaminibus, et extorsionibus liberentur. Quod homines Vallis Diverii vi promiserunt taxam duorum millium Ducatonorum etc. *Respondemus quod intellectis causis, et rationibus dictae promissionibus provvidebimus quod Iustitia locum habeat.*

Item quod si quis inquisitus, accusatus, seu denuntiatus fuerit ex hominibus Curiae Mattarellae de aliquo crimine in quo ingereretur

poena sanguinis, et detineretur in Castro Domi Ossulae quod pro introitu carceris non solvat nisi soldos duos, pro custodia singulo die solidum unum, et non ultra, et quod Jusdicens teneatur infra duos menses a die detentionis suae in antea ipsum talem detentum absolvere, vel condemnare. Et ita similiter solvat de levi carcere *Fiat.*

Item quod si futurum contingeret aliquam Dominationem, vel Comunitatem facere, vel movere guerram contra ipsos Supplicantes, quod praefata Dominatio teneatur totis viribus, et suo stipendio auxiliari, et defendere. *Placet.*

Item quod libri emolumentorum Curiae Mattarellae, et condemnationum remaneant penes Notarium dictae Curiae, et quod sit Exactor ipsius Curiae, et quod exactis respondeat officialibus pro eorum salario ipso Notario recipiente debita Curiae cassando, ipsi tamen officialibus dautibus familiam ad exigendum ipsa debita Curiae, secundum consuetudinem semper observatam, et hoc ad evitandum errores, quibus involvuntur homines ad solvendum bina, et trina vice pro uno debito defectu cassationis de eis non factae. *Fiat quod erat consuetum sex annis retro.*

Item quod procuratores non habeant pro intercedendo pro aliqua causa valens libras ducentum, nisi soldum unum pro libra, et ab inde supra nisi denarios sex Imperiales praetii, seu valoris, et si reperietur ex ipsa causa per pactum plus ultra habere ab Officio removeatur, et ulterius sub poena librarum quatuordecim Imperialium. *Fiat.*

Item quod Rector Curiae Mattarellae non excedat formam Statutorum dictae Curiae. *Concedimus.*

Item quia temporibus retroactis Officiales per saepe defrandaverunt Comunitatem Curiae Mattarellae in faciendo compositiones secreto modo cum inquisitis, seu damnatis, ante condemnationes de eis factas, ex quo delicta remanserunt impunita, dignetur Dominatio vestra providere, quod nullus Officialis dictae Curiae audeat, nec praesumat de caetero facere hujusmodi compositiones sub poena vestri arbitrio auferenda, quae condemnationes, computentur in eorum salario non obstantibus compositionibus aliquibus per eos factis, et fiendis. *Fiat.*

Item quod quilibet debitor ratione contractus mercantiarum, fictorum, et aliarum quarumcumque rerum pro quibus, et in quo loco solutionem promiserit, et se obbligaverit, seu mercatum fecerit, possit

pro ipsis debitis conveniri per creditorem sub Judice Creditoris. *Volumus Justitiam fieri.*

Item quod praefata Dominatio vestra eisdem supplicantibus, et cuilibet eorum, suisque sequacibus remittere, et penitus indulgere omnia, et singula homicidia, robarias, incendia, captivationes, praesalias, excessus, maleficia, et delicta qualitercumque, et in quibuscumque temporibus, et locis contra aliquod Comune, seu Communitatem, vel aliam singularem personam, seu singulares personas, et ipsos ab ipsis omnibus absolvere, et paenitus liberare, ut de eis, vel aliquibus eorum nulla possit, nec debeat fieri punitio, nec processus, nec exinde possit unquam quo quomodo realiter, nec personaliter molestari, salvo de robariis factis inter vicinos. *Placet: si et quatenus respicit interesse nostrum, et Camerae nostrae; si pax facta est cum offensis, vel aliter cum eis concordia habita est, vel fiet, vel habebitur infra mensem proxime futurum.*

Item quod liceat ipsis hominibus Curiae Mattarellae, et a quibuscumque locis, et partibus praefatae Dominationis conducere, et conduci facere legumina cujusvis generis, manieriei ad Jurisdictionem Curiae Mattarellae sine alcujus gabellae solutione, ac pro licentia obtinenda, ipsis tamen solventibus Datia antiqua consueta, et quae solvebantur tempore quondam bonae memoriae primi Ducis. *Fiat consuetum tempore Illustrissimi D. Ducis proxime defuncti.*

Item quod liceat hominibus Curiae praedictae, seu conducere, seu conduci facere, vendere, et vendi facere eorum ferrum quod fit in Ossula per totum Territorium praefatae Dominationis absque alicujus Gabellae solutione, ipsis tamen solventibus Datia antiqua consueta tempore primi Ducis, et quae debeat bullari bullo praefatae Dominationis vestrae in loco Villae Vallis Antronae pro ut consuetum extitit *Observetur quod erat consuetum tempore Illustrissimi D. Ducis proxime defuncti.*

Item quod Polestas, seu Rector Curiae Mattarellae, et ejus familiares non perseverent, nec stare possint in eorum Officiis ultra sex menses: si fuerit de voluntate hominum Curiae Mattarellae, tunc possint stare usque ad annum completum, et finito termino teneantur relinquere in manibus successoris sua omnia fulcimenta, et utensilia Domus per inventarium, et quod ipsi Officiales in Burgo Domi Ossulae sindicentur per Sindicatores ad hoc Deputatos per unum men-

sem ante finem sui Officii in Burgo Domi Ossulae, et quod nullus de Jurisdictione Curiae Mattarellae possit, nec debeat esse ejus fidejussor. *Placet, nisi aliter per nos, aliqua justa causa provideretur, et quod Capitaneus non stet nisi per annum.*

Item quod liceat Hominibus Curiae Mattarellae quovis titulo aquirere extra Jurisdictionem Mattarellae bona immobilia ubique super Territoriis praefatae Dominationis, et quod emptor non possit cogi ad solvendum taleas pro ipsis bonis acquisitis extra Jurisdictionem nisi ubi habitat cum tota familia. *Acceptamus, salvis promissionibus per nos, si que sunt incontrarium factis:*

Item quod si contingeret Homines Ossulae habere pacem cum Vallesanis super Capitulis, et Conventionibus inter praedictas partes factis et fiendis, et celebratis, ipsa Capitula, et pacta rata habeantur per praefatam Dominationem. *Informabimur de dictis pactis, et complacebimus dictis hominibus in praedictis, si iuri et honestati convenire putabimus.*

Item quod statuta Comunis Burgi Domi, Diverii, Crevolae, et aliorum singulorum Comunium dictae Curiae separati a Statutis dictae Curiae Mattarellae confirmentur per Dominationem Vestram, seu per ejus Officiales, et quod Officiales Curiae Mattarellae teneantur servare honorantias, et Regalias Burgi Domi, et aliorum locorum, et facere fortes Consules dictorum Comunium in eorum Officiis, ac eis praestare auxilium, consilium, et favorem in exercendo eorum Officia. *Confirmamus dicta Statuta, et honorantia consuetas dictis Consulibus in tempore praeterito, praestari de caetero volumus per Officiales praedictos.*

Item quod nullus Curiae Mattarellae pro debito suo Communis, nec pro aliis debitis pubblicis, vel privatis detineatur, nec possit modo aliquo saxiri, molestari, nec detineri extra Jurisdictionem Curiae Mattarellae, sed quod Creditor teneatur ipsos debitores convenire sub suo Judice. *Volumus Jus fieri*

Item quod nullus teneatur ad solutionem Portus Vogoniae, nisi transiens ipsum Portum. *Fiat consuetum.*

Item quod strata Maxendoni remaneat reparata in statu, et gradu quo nunc est, et in meliori reparatione, qua fieri possit, ita quod mercantiae hinc inde cum equo, et carris transire possit. *Placet.*

Item quod praedicti homines Curiae Mattarellae pro eorum bonis,

et mercantiis non teneantur ad solutionem Datii rippae, immo ab ipso Datio sint exempti, et quod tractentur sicut Homines Ducatus Mediolani in ipso Datio, quod Datium non potest ascendere ad summam florenorum decem pro anno. *Fiat.*

Item quod liceat Hominibus Curiae Mattarellae eligere Notarium Curiae praedictae, quem voluerint, pro ut fiebat, et servabatur ex Capitulis Ducalibus tempore qm. D. Ducis Mediolani etc. *Acceptamus.*

Item quod Dominatio vestra dignetur confirmare privilegia, dignitates, nobilitates, homagia Nobilium de Rodis, qui habent, obtinent et possident in Valle Formatiae, Fopiano, Agasio, Anexonio, et Salegio, et Cologno cum eorum pertinentiis, pro ut factum, et consuetum, et confirmatum fuit per qu. Illustrissimum Principem et Dominum Ducem Mediolani etc. Mandando quibuscumque Rectoribus Curiae Mattarellae, quatenus se de ipsis eorum subditis non intromittant in Jurisdictione Curiae Mattarellae, nec extra. *Confirmamus, si et quatenus de praedictis fuerint, et sint in possessione, vel quasi.*

Item quod Homines Curiae Mattarellae, seu Credentiarij dictae Communitatis possint nominare quatuor ex subditis Dominationis vestrae singulo anno ad Officium Potestariae, ita ut praelibata Dominatio vestra unum ex eis eligere teneatur ad ipsum officium, et qui Officialis vel Potestas sit Juris Peritus, aut quod teneat unum Juris Peritum pro Vicario. *Fiat Consuetum.*

Item quod Potestas dictae Curiae habeat pro ejus Salario Florenos triginta duos, valoris solidorum trigiuta duorum Imperialium pro quolibet Floreno singulo Mense, et quod recipiat solutionem dicti salarii de condemnationibus, et emolumentis dictae Curiae, et quod habeat unum Juris Peritum pro Vicario, et quinque famulos juxta concessionem alias factas per Illustrissimum qu. Dominum Ducem Mediolani etc *Fiat consuetum.*

Item dignetur Dominatio vestra praedictis vestris Hominibus Curiae Mattarellae concedere, quod possint eorum Statuta generalia dictae Curiae refformare, emendare, corrigere, et interpretare, ac nova statuta facere, quae teneantur Rectores Curiae Mattarellae praesentes vel futuri servari facere. Dummodo non sint contra honorem praelibatae Dominationis vestrae. *Acceptamus si per nos primos emendationes, correctiones, interpretationes, ac nunc concessiones per nos primo visae fuerint, et postea per nos confirmatae.*

Item dignetur praedicta Dominatio vestra de gratia speciali concedere pro bono respectu, et pro tranquillitate istarum Partium Ossulae, et Vallis Antigorii removere Comitem Franchi Ruscam, Arca, et fortilitia Locarni, et partium circumstantium, attente quod quam diu ipse in ipso loco de Locarno permanebit, semper vigebit adversitas et discordia propter mala sua opera, et partialitatem. *Volumus partem aliam intelligere, et alias respondebimus.*

Item quia Homines partes Vallesij ab annis decem citra occupaverunt et occupant Territorium vestrae Dominationis, quod durat usque ad locum Lagiuaschae, insuper in dicto Territorio occupatum tenent, et costituunt unum Vicarium, qui amministrat Jus Hominibus habitantibus in Territorio praedicto, causa appropriandi sibi dictum Territorium, dignetur praefata Dominatio vestra removere, et revocare, et ipsum Territorium reintegrare, pro ut juris est, et patet per publica Instrumenta. *Volumus providere, quod reintegretur dictum Territorium, pro ut de jure fuit reintegrandum.*

Item quod Homines Curiae Mattarellae non teneantur aliquid solvere ad Datia Bulletarum in aliqua parte Dominationis. *Putamus facere super iis provvisionem generalem pro omnibus subditis nostris, pro qua dicti Homines pariter, et aequa lancea tractabuntur in dicto Datio Bullettarum.*

Item quia sunt quam plures Personae dictae Curiae habentes Turres ad deffensionem Patriae, capitulatur, quod ipsa Dominatio vestra ipsas Turres, vel alteram earum demoliri non faciat. *Concedimus quod stent eo modo, quo stabunt tempore Illustrissimi Domini Ducis proxime defuncti, nec fiat novitas aliqua sine nostra speciali licentia.*

Item quod praelibata Dominatio vestra eisdem Supplicantibus concedere dignetur nundinas in Burgo Domi Ossulae anno inchoando in medio mensis Octobris durativas per dies quindecim continuos inde proxime subsequentes. *Volumus consuetum fieri, donec aliud deliberabimus.*

Supradictis autem Capitulis, et ipsorum cuilibet respondentes, pro ut in fine uniusciusque ipsorum scriptum apparet Mandamus omnibus et singulis Officialibus nostris tam ibi, quam alibi praesentibus et futuris, quatenus praedicta nostra responsa observent, et observari facient, nec contra ea aliqualiter intentari permittant sub indignationis nostrae poena, in quorum fidem has praesentes fieri, et registrari fecimus, nostrique sigilli appensione muniri, et manu infrascripti

nostri Auditoris subscribi. Dat. in Civitate nostra Mediolani in Curia Arenghi die vigesima sexta mensis martii 1450 Subscrip. Joannes de Ameleia juris utriusque Doctor Auditor.

Concordat ad litteram cum Originali in pergamo scripto in ampla et autentica forma mihi exibito, et diligenter lecto, et examinato, cujus copiam retinui pariter a me subscriptam et in Regio Ducali Archivio Castri Portae Jovis Mediolani perpetuo custodiendam, et observandam, et registratam in libro Privilegiorum Cancellariae Secretioris praesentis Anni 1647.

Subscrip. Ego Marcus Antonius Platonus Regius Ducalis Secretarius Excellentissimi Consilii Secretioris, Regiusque Archiviarius in Statu Mediolani manu propria subscripsi, die Jovis decimo octavo mensis Junii 1647.

Et sigillat etc.

In fine folii .... Registratum in libro Privilegiorum Regiorum existente in Cancellaria Secreta Mediolani fol. 181.

Subscript. Octavius Vicecomes Regius Cancellarius etc.

DOCUMENTO N.° 6.

Privilegi accordati dal Duca Gio. Galeazzo Sforza, e dalla Duchessa Bona a favore della Curia di Mattarella il 21 luglio 1477. (Tratti dalla copia stampata).

Bona, et Joannes Galeaz Maria Sfortia Vicecomites Duces Mediolani de Papiae, Angleriaeque Comites, ac Genuae, Cremonaeque Domini. Cum ad nos nuper accessissent dilecti nostri Joannes Antonius de Breno, et Andreas de Baceno ex Nobilibus de Rodis Sindici, et Procuratores Communitatis, et hominum domus Ossulae, et Curiae Mattarellae Episcopatus nostri Novariensis, ut debitum nobis fidelitatis juramentum praestarent exibuerunt nobis infrascripta Capitula nomine ipsius Communitatis, et hominum, Supplicantes nobis, ut ea sibi concedere, et confirmare vellemus. Quorum quidem Capitulorum tenor sequitur videlicet.

Illustrissimi, et Excellentissimi Principes fidelissimi Servitores Dominationum vestrarum Communia, et homines Curiae Mattarellae, et Domus Ossulae sentientes sinceram, ac aequissimam mentem praeli-

batarum Dominationum vestrarum nedum in confirmando, quae hactenus per Illustrissimos Praedecessores Dominationum vestrarum subditis suis concessa fuerunt, sed etiam in augendo, et de novo concedendo privilegia, et praerogativas quo magis ipsi ardentissimi Dominationum vestrarum subditi incalescant in his, in quibus continuo studio ferventes fuerunt, et sunt circa statum praefatarum Dominationum vestrarum. Et propterea iidem homines Curia Mattarellae, et Domus Ossulae non dubitarunt cursum habere ad easdem Dominationes vestras supplicando, ut dignerentur praefatae Dominationes vestrae infrascripta Capitula ad contextum, ut jacent, et confirmare et illa de novo concedere, cum aliqua fuerint alias per praelibatos Praedecessores concessa. Mandando pro inde ipsa ad litteram inviolabiliter observari, et pro ut melius, et placuerit eisdem Dominationibus vestris, quibus se humillime iidem homines, et subditi fidelissimi commendant.

In primis, quod hominibus Curiae Mattarellae solventibus singulo anno in duobus terminis pro censu annuali praefatis Dominationibus vestris libras sexcentum Imperiales, videlicet medietatem in festo Nativitatis Domini et reliquam medietatem in festo Paschae Resurrectionis Domini, juxta concessiones alias factas per Praedecessores praefatarum Dominationum vestrarum non possint ipsi homines adstringi ad aliquid aliud persolvendum ordinarium, nec extraordinarium. Responsio: *Quantum ad solutionem censum attinet, contentamur, quod solvant, pro ut hactenus consuetum est.*

Item non possint nec debeant extrahi extra Jurisdictionem Curiae Mattarellae ad aliqua juditia, nec confinia, neque in mandatis Campis, Bellis, nec exercitibus praefatarum Dominationum, nisi sponte submittant. Responsio: *fiat pro ut solitum est.*

Item quod Potestas, seu Rector Curiae Mattarellae Domus Ossulae habeat, et percipiat singulo mense pro ejus salario florenos triginta duos valoris solidorum triginta duorum imperialium pro quolibet floreno, et quod recipiat solutionem dicti salarii de condemnationibus, et emolumentis dictae Curiae, et quod habeat unum juris Peritum pro Vicario, si ipse Potestas non fuerit juris Peritus, et quinque famulos, et quod condemnationes, et emolumenta dictae Curiae sint, et fiant Communitati dictae Curiae, aliquibus in contrarium concessis, vel concedendis non attentis, quibus dignentur derogare praefatae Dominationes vestrae. Responsio: *Volumus bono respectu Capitaneos, seu*

Potestates ipsius Curiae Mattarellae habere, et percipere salarium mensuale florenorum triginta duorum valoris solidorum triginta duorum imperialium pro singulo floreno, pro ut, et quemadmodum habebant, et percipiebant temporibus Illustrissimorum Principum Dominorum Ducum Philippi Mariae, et Francisci Sfortiae Vicecomitum praedecessorum nostrorum honorondassimorum; et ultra hoc salarium habeant praedicti Officiales Domum, et fulcimenta Domus solita, et honesta.

Item quod dignentur praefatae Dominationes vestrae pro reconciliatione partium istarum Domus Ossulae Curiae Mattarellae, secundum concessiones alias factas, remittere, et penitus indulgere omnibus, et singulis Bannitis, Condemnatis, et Malefactoribus Communitatis partis Spelortiae Curiae Mattarellae, eorumque seguacibus, et adhorentibus omnia, et singula homicidia, robarias, incendia, praesalia, maleficia, excessus, et delicta per eos, vel aliquem eorum commissa, et perpetrata quomodocumquo, et qualitercumque in quibuscumque locis, et temporibus tunc contra statum, et honorem Dominationum vestrarum, quam contra vestros Officiales, et contra Communitatem, et singularem personam, salvis robariis factis inter vicinos, et ipsos ab omnibus, et singulis bannis, condemnationibus, processibus, et emolumentis tam Camerae vostrae, quam Curiae Mattarellae spectantibus absolvere, et penitus liberare et de libris et de filzlis aboleri, et cancellari facere; ita quod de ipsis vel aliquibus eorum nulla possit nec debeat fieri punitio, processus, vel molestia, nec exinde possit unquam quomodolibet realiter, vel personaliter molestari pro praedictis omnibus, et singulis in totum, nec in parte sine aliqua pecuniae solutione salva mercede Notarj. Responsio: *de gratia speciali contentamur remittere, et remittemus omnes poenas, condemnationes tam civiles, quam criminales, banna et maleficia commissa, et facta ab hodierna die retro ipsis habentibus pacem cum offensis, exclusis tamen causis capitalibus, et ad statum nostrum pertinentibus, et hoc sine praejuditio juris tertii.*

Item quod Officiales Curiae Mattarellae non ministrent Jus Clericis contra eorum debitores, nisi Dominus Episcopus Novariensis constituerit in Ossula in Jurisdictione dictae Curiae unum Vicarium in spiritualibus, coram quo ipsi Clerici a creditoribus suis possint conveniri pro ut consuetum extitit. Responsio, *curabimus, et ordinabimus quod*

Dominus Episcopus Novariae teneat Vicarium in Spiritualibus juxta solitum.

Item quia Dominus Episcopus Novariensis praetendit habere dominium cum mero et mixto Imperio contra homines Curiae Mattarellae, si contigeret ipsum Dominum Episcopum praesentem, vel futurum movere litem contra ipsos homines Curiae Mattarellae, et procedere contra eos per censuram ecclesiasticam occasione Dominii, seu aliqua alia occasione Jurisdictionem tangenti corporalem, teneantur Praefatae Dominationes causam ipsam et litem in se suscipere, et eos defendere a praefato Domino Episcopo et quibuscumque personis volentibus invadere, et occupare dictos homines Responsio: *Studebimus eos defendere pro posse, et quantum de jure permittitur.*

Item quod homines Curiae Mattarellae non teneantur in aliquo Capitaneatu Lacus Majoris. Responsio: *fiat consuetum.*

Item quod si in futurum contingeret aliquam Dominationem, vel Communitatem facere, vel movere guerram contra ipsos Supplicantes, quod praefatae Dominationes teneantur totis viribus, et pro stipendio defendere. Responsio: *fiat pro viribus, et pro ut honestum est.*

Item quod Rector Curiae Mattarellae non excedat formam statutorum dictae Curiae sub salarii poena duorum mensium; et ulterius teneatur servare statuta. Responsio: *Sumus contenti, et mandamus quibuscumque Rectoribus, et Potestatibus, qui pro tempore fuerint quatenus solita statuta et Ordines observent sub salarii poena unius mensis, et ulterius arbitrio nostro auferenda.*

Item quod quilibet debitor occasione contractus Mercantiarum, fictorum, et aliarum quarumcumque rerum pro quibus in quo loco solutionem promiserit, et se obbligaverit, seu mercatum fecerit, possit pro ipsis debitis convenire per creditorem sub juditio creditoris. Responsio: *fiat quod juris est*

Item quod liceat ipsis Hominibus Curiae Mattarellae, et a quibuscumque locis, et partibus conducere blada, et legumina cujusvis generis et manleriaei ad Jurisdictionem Curiae Mattarellae sine alicujus Gabellae solutione, ac pro licentia obtinenda, et sine aliquo impedimento, ipsis tamen solventibus Datia antiqua, et consueta, et quae solvebantur tempore qu. Domini Ducis, et Capitanus Burgi Mayncrii non possit praedictis Hominibus vetare, nec prohibere quia possint conducere, et conduci facere ipsa blada, et legumina ipsis non solventibus Bul-

lettam seu Datium, et etiam pro ut dicitur concessum esse Hominibus de Riparia mandantes praedicto Capitaneo Burgi Maynerii praesenti et futuro, quatenus praedicta Capitula observet, et observari faciat pro quanto gratiam praefatarum Dominationum vestrarum cari pendet. Responsio: *Concedimus quod conduci possit blada ad Curiam Mattarellae pro usu ipsorum Hominum cum licentia tamen Officialium nostrorum, ad id deputandorum: de solutione providebitur opportune, quia nostra intentio est generaliter provideri, ne plus debito exigatur.*

Item requiritur, quod omne ferrum, quod sit in partibus Ossulae Jurisdictionis Curiae Mattarellae possit per quamlibet personam trafegari, mercari, et conduci ubicumque, et in quibuscumque partibus et locis super territorio Dominationum vestrarum Ducalis absque alique impedimento Incantatorum Ferraritlae; et quod liceat Hominibus dictae Curiae conducere, et vendere, seu conduci, et vendi facere dictum eorum ferrum per totum territorium praefatarum Dominationum absque alicujus Gabellae solutione, ipsis tamen solventibus Datia antiqua, et consueta tempore primi Ducis, et quod debeat bullari bullo praefatarum Dominationum in loco Villae pro ut consuetum extitit. Responsio: *Fiat pro ut consuetum est.*

Item quod liceat Hominibus Curiae quovis titulo acquirere extra Jurisdictionem Curiae Mattarellae bona immobilia ubique super territoriis praefatarum Dominationum, et quod emptor non possit cogi ad solvendum taleas pro ipsis bonis acquisitis, seu acquirendis extra Jurisdictionem, nisi ubi habitat cum tota familia. Responsio: *Concedimus, quod possint acquirere bonis tamen transeuntibus cum onere.*

Item quod omnia statuta Communium Burgi Domi, Diverii, Cracvolae, et aliorum singulorum Communium dictae Curiae separata a statutis dictae Curiae Mattarellae confirmentur per dominationes vestras et quod Officiales Curiae Mattarellae teneantur servare dicta statuta dictorum Communium, ac omnes honorantias, et regalias dictorum Communium, et facere fortes Consules dictorum Communium in eorum officiis, ac eis praestare auxilium, consilium, et favorem in exercendo eorum officia. Responsio: *Confirmamus solitas honorantias, et statuta quae in viridi sunt observantia, mandantes quibuscumque Officialibus nostris ipsius Curiae, quod praestent auxilium, Consilium, et favorem Consulibus locorum praedictorum.*

Item quod nullus Curiae Mattarellae pro debito suo Communis, nec

pro aliis debitis pubblicis, vel privatis detineatur, nec possit aliquo modo saxiri, molestari, nec detineri extra Jurisdictionem Curiae Mattarellae, sed quod Creditor teneatur ipsos debitores convenire sub suo judice. Responsio: *Fiat quod juris est.*

Item quod nullus teneatur ad solutionem Portus Vogoniae, nisi transiens ipsum Portum. Responsio: *Fiat consuetum.*

Item quod strata Mizandoni permaneat reparata in statu, et gradu, quo nunc est, et in meliori reparatione, qua fieri possit; Ita quod Mercantiae hinc inde cum equis et caris transire possint. Responsio: *Placet.*

Item quod praedicti Homines Curiae Mattarellae pro eorum bonis et mercantiis non teneantur ad solutionem Datii Rippae, immo ab ipso Datio sint exempti, et quod pro aliquibus vestibus, ornamentis, iocalibus, aliisque fulcimentis a sponsis utriusque sexus dicti homines non teneantur nec cogi possint ad solutionem alicujus Datiis cujusvis manierei. Et quod etiam non teneantur ad solutionem Bulletae pro hospitando, immo a praemissis sint exempti, et pertractentur sicut Homines de Ducatu a praedictis. Responsio: *Fiat quo ad Datium Rippae, pro ut concessum extitit per Illustrissimum felicis memoriae Principem Dominum Franciscum Sfortiam Vicecomitem Ducem Mediolani etc. Socerum, et avum nostrum Colendissimum, et finitis praesentibus Incantibus curabimus in alio sibi complacere.*

Item quod liceat hominibus Curiae Mattarellae, ac possint ipsi homines eligere Notarium Curiae praedictae, quem voluerint pro ut hactenus fuerunt. Responsio: *Concedimus, dummodo eligant personam idoneam.*

Item quod Dominationes vestrae dignentur confirmare Privilegia, Dignitates, Nobilitates, et Homagia Nobilium de Rodis, quae habent, tenent et possident in Vallae Formatiae, Fopiano, Agario, Honexono, Salecio et Colognio cum eorum pertinentiis pro ut factum, concessum et confirmatum fuit per praedecessores Dominationum vestrarum, mandando quibuscumque Rectoribus Curiae Mattarellae, quatenus si de ipsis eorum subditis non intromittant in Jurisdictione dictae Curiae, nec extra cum jam diu fuerint, et sint in possessione, vel quasi de praedictis per annos trecentum, vel circa. Responsio: *Confirmamus, si et quatenus sint de praedictis in possessione, vel quasi.*

Item quod Homines Curiae Mattarellae sive credentiarii dictae Communitatis possint nominare quatuor ex subditis Dominationum vestra-

rum singulo anno ad Officium Potestariae, sive Capitaneorum dictae Curiae, ita ut praefatae Dominationes vestrae eligere teneantur unum ex eis ad ipsum Officium, et qui Officialis sit juris Peritus, vel quod teneat unum juris Peritum pro Vicario. Responsio: *Supra responsum est supra capitulo tertio, quod providebimus mittere Officialem idoneum, et sufficientem, et ita fiet.*

Item quod dignentur praefatae Dominationes vestrae confirmare Statuta Curiae Mattarellae Civilia, et Criminalia, et praedictis vestris Hominibus Curiae Mattarellae concedere quod possint eorum statuta generalia dictae Curiae reformare, emendare, corrigere, interpretari, ac nova statuta facere, quae teneantur Rectores Curiae Mattarellae praesentes, vel futuri servare, et servari facere, dummodo non sint contra honorem praefatarum Dominationum vestrarum. Responsio: *Confirmamus Statuta, quae sunt in viridi observantia, et circa moderationem, interpretationem, et novam statutorum compillationem, si ea nobis praesentabuntur, et justa ac honesta sint, confirmabimus, et auctoritatem nostram interponemus.*

Item quia Homines Valexii a certo tempore citra occupaverunt, et occupant territorium Dominationum Vestrarum, quod durat usque iocum Laginaschae, insuper in dicto territorio occupato tenent; et constituunt unum Vicarium, qui ministret jus Hominibus habitantibus in Territorio praedicto causa appropriandi sibi dictum Territorium, dignentur praefatae Dominationes vestrae remuovere, et revocare, et ipsum Territorium reintegrare pro ut juris est, et patet per pubblica Instrumenta. Responsio: *Studebimus tempore debito provvidere circa hujusmodi occupationes.*

Item quod Homines Curiae Mattarellae non teneantes aliquid solvere ad datia Bullettarum in aliqua parte Dominationum vestrarum. Responsio: *Tractentur pro ut aliis subditi nostri Novarienses.*

Item quia sunt quam plures Personae dictae Curiae habentes Turres ad Patriae defensionem, capitulatur quod ipse Dominationes vestrae ipsas turres, vel alteram earum demoliri non faciant. Responsio: *Concedimus.*

Item quod praefatae Dominationes vestrae supplicantibus concedere dignentur nundinas in Burgo Domi singulo anno inchoandas in medio mense Octobris duraturas per dies quindecim continuos inde proxime subsequentes: et hoc pro honore et utilitate Dominationum

vestrarum. Responsio: *Remittimus per praesentes ministris Intratarum nostrarum: Quod finito anno praesenti intelligant, faciant, et concedant nundinas in Curia Mattarellae sub illis conditionibus limitationibus et formis, quae eis justae utiles et honestae videbuntur.*

Item quia terra Burgi Domus Ossulae Dominationum vestrarum est in confinibus cum Sviceris Vallisiensibus, et Ultramontanis, et est Clavis Lombardiae non est fortis, nec sufficiens ad resistendum Inimicis si venirent ad ipsam terram invadendam defectu murorum dirupatorum in parte; Et quia a principio fuit male muris, et fossis composita, et aedificata, ita quod facilter possit ab ipsis hostibus capi et dominari; Et quae si fortis esset, pro ut esse deberet; tuerentur faciliter ipsi Homines Dominationum vestrarum absque aliquo damno; Dominationes vestrae dignentur.. . D. Taliter provvidere tam pro evidenti interesse praefatarum Dominationum, quam totius Patriae Ossulae, et aliorum locorum Lombardiae Dominationum vestrarum, quod dicta terra opportune fortificetur, et reformetur. Responsio: *Provvidebimus opportune pro ut ex aliis litteris nostris directivis ipsis hominibus latius intelligere poterunt.*

Item quia homines dictae Curiae sunt in confinibus cum Theutonicis, et Ultramontanis, ac Sviceris praedictis, et alias habebant copiam armorum offensibilium, et defensibilium, quae ipsis hominibus derobata et pignorata fuere per familiares Officialium dictae Curiae pro executione debitorum, quae habebant versus dictam Curiam pro condemnationibus, et emolumentis, et dicta arma exportata fuerunt hactenus per familiares Officialium extra dictam Curiam, ita quod dicti homines pauca, vel nulla arma habent de praesenti, dignentur Dominationes vestrae eisdem hominibus concedere, quod si in futurum contigerit dictos homines habere aliqua arma, ut supra, non possint ipsa arma per Officiales Curiae Mattarellae nec per eorum familiares a modo in antea derobari, et pignorari, vel restari pro aliquibus debitis, quae haberent, vel habebunt versus dictam Curiam ut supra ipsis hominibus habentibus alia bona, ex quibus poterit fieri solutio de dictis debitis, quae habebunt. Responsio: *Concedimus, et mandamus arma Curiae praedictae non debere pignorari, nec derobari, et pro ut petitur.*

Item quod ipsi Homines Curiae Mattarellae possint eligere unum eorum Sindicum, vel plures qui intersint, et interesse possint exami-

nationibus testium, et processuum Criminalium in futurum fiendorum et hoc pro evidenti causa. Responsio: *Servetur solitum; quia aliter esset contra ordines, et decreta nostra.*

Item quia dictis Hominibus Curiae Mattarellae dantibus Officialibus dictae Curiae Mattarellae fulcimenta Domus singulo anno, et ipsam Domum, non possint ipsi homines ulterius astringi in futurum per aliquos Officiales dictae Curiae, pro ut antiquitus, et nuper consuetum fuit, et est, et maximo attenta impossibilitate dictorum hominum, et etiam vigore Capitulorum ejusdem Communitatis, ac litterarum. Responsio: *Concedimus, quod dantibus ipsis hominibus Domum cum fulcimentis solitis et honestis non possint ad aliud gravari per officiales pro ipsis Domo, et fulcimentis praeter eorum omnium voluntatem.*

Item quod Officiales Curiae Mattarellae cujuscumque manerioi non possint, durante eorum officio, mercari, nec aliquas mercantias facere nec fieri facere directe, vel indirecto in dicta Curia sub poena privationis officii, et ulterius sub poena decretorum Ducalium irremissibiliter auferenda. Responsio: *Mandamus, quod Officiales nostri Curiae praedictae non possint mercari, nec mercantias exercere sub poena in decretis nostris contenta.*

Item quod nullus de dicta Curia Mattarellae arctari possit ad jurandum, nec testificandum contra se procedendo criminaliter. Responsio: *Fiat, quod juris est.*

Nos autem qui praedicta Capitula a Consiliariis nostris videri, et examinari fecimus, et ipsos Communitatem, et homines, seu fideles et devotos subditos nostros caros habemus: Responsa nostra dedimus post unumquodque ipsorum Capitulorum, quemadmodum religitur, mandantes quibuscumque Officialibus, et Subditis nostris praesentibus et futuris, quatenus praedicta responsa nostra, et omnia et singula contenta in eis ac mentem paritor ejusmodi nostram firmiter observent, et faciant inviolabiliter observari; in quorum Testimonium praesentes fieri jussimus, et registrari, nostrique Sigilli impressione muniri. Dat. Mediolani die vigesima prima Julij 1477. — Signat. Cichus, Carolus.

Subscript. Ego Augustinus de Monte Segretarius ad Cancellariam secretam Status Mediolani attestor, suprascriptam capitulorum concessionem, extractam fuisse in his quinque foliis praesenti computato, cum duabus additionibus in primo folio, et una in praesenti ultimo

ex Registro Incantuum, et deliberationum Datiorum Anni 1493 pro 1494 quod penes me est inter alias scripturas, quae fuerunt quondam Domini Maynardi Crassi Camerae Notarii, et quia diligenter collationatam concordare cum ipso Registro inveni, pro fide propria manu subscripsi etc.

DOCUMENTO N.° 9.

Conferma dei Privilegi del 1477 *accordata dal Duca Ludovico Maria Sforza l'ultimo di Febbraje dell'anno* 1495. (Tratto dalla Copia stampata).

Ludovicus Maria Sfortia Anglus Dux Mediolani etc. Ossulanorum Nuntii, qui ad praestandum nobis ex nostra ad Ducatum hunc, et Principatum sublimatione fidelitatis jus jurandum venerunt cum litteras Patentes exhibuerint nonnullarum concessionum, quas ab Illustrissimo Parente nostro obtinuerunt, ut per nos comprobarentur, eas omnium primum inspici, nobisque referri, cujus esse momenti, et naturae jussimus, ut quid approbandum, quidque reijciendum, tamquam non amplius necessarium videretur nos minime lateret. Eumque ex facta illarum recognitione, et examine aliqua supprimenda, utque supervacanea modo sint ex temporum mutatione, et nonnulli moderatione opus esse compertum sit, eas restringi, et moderari, ac quasdam alias illis addi, ut iisdem Ossulanis mos gereretur in sententiam hanc mandavimus. Parte Communitatis et hominum Curiae Mattarellae, et Domossulae porrecta fuerunt nobis Capitula tenori infrascripti videlicet. In primis, quod hominibus Curiae Mattarellae solventibus singulo anno in duobus terminis pro censu annuali fisco nostro libras trecentas imperiales non possint adstringi ipsi homines ad aliquid aliud persolvendum ordinarium, nec extraordinarium, nec extrahi extra Jurisdictionem dictae Curiae ad aliqua iuditia, nec confinia, neque in mandatis, et campis, neque in exercitibus Dominationis vestrae, nisi de sponte submitterent. Respondetur: *Quod Respectu census relinquitur in eo statu, in quo nunc est, et in reliquis servetur consuetum.* Item quod si inquisitus, accusatus, seu denuntiatus fuerit ex hominibus Curiae Mattarellae de aliquo crimine, de que ingereretur poena sanguinis, et detineretur in castro Domossulae, quod pro introitu Carceris non solvat nisi soldos duos, et pro custodia singulo die soldum unum, et

non ultra, et quod Jusdicens teneatur infra duos menses a die detentionis suae in antea ipsum talem detentum absolvere vel condemnare, et ita similiter solvat de laevi carcere: *Fiat.* Item quod si in futurum contigeret aliquam Dominationem, vel Communitatem facere, vel movere guerram contra ipso supplicantes, quod Dominatio vestra teneatur totis viribus, et suo stipendio auxiliari, et defendere: *Placet.* Item quod libri emolumentorum Curiae Mattarellae, et condemnationum remaneant penes Notarium dictae Curiae, et quod sit Exator ipsius Curiae, et quod exactis respondeat officialibus pro eorum salario ipso Notario recipiente debita Curiae secundum consuetudinem semper observatam, et hoc ad evitandum errores, quibus involvuntur homines ad solvendum bina et trina vice pro uno debito defectu cassationis de eis non factae: *Fiat, quod servari consuetum est.* Item quod Procuratores non habeant pro intercedendo pro aliqua causa non excedente libras ducentas, nisi soldum unum pro libra, et ab inde supra nisi denarios sex Imperialium pretii, seu valoris, et si reperietur ex ipsa causa per pactum plus ultra habere ab Offitio remuoveatur, et ulterius sub poena librarum quatuordecim Imperialium: *Fiat.* Item quod Rector Curiae Mattarellae non excedat formam statutorum dictae Curiae: *Concedimus.* Item quod quilibet debitor ratione contractus mercantiarum, fictorum, et aliarum quarumcumque rerum, pro quibus et in quo loco solutionem promiserit, et se obbligaverit, seu mercatum fecerit, possit pro ipsis debitis conveniri per Creditorem sub Judice creditoris: *Volumus justitiam fieri.* Item quod liceat ipsis hominibus Curiae Mattarellae, et a quibuscumque locis, et partibus Dominationis vestrae conducere, et conduci facere blada, et legumina cujusvis generis maneriei ad Jurisdictionem Curiae Mattarellae sine alicujus gabellae solutione, ac pro licentia obtinenda, ipsis tamen solventibus Datia antiqua, consueta, et quae solvebantur tempore quondam bonae memoriae primi Ducis: *Fiat consuetum.* Item quod liceat hominibus Curiae Mattarellae possint quovis titulo acquirere extra Jurisdictionem Curiae Mattarellae bona immobilia ubique super territoriis vestrae Dominationis, et quod emptor non possit cogi ad solvendum taleas pro bonis acquisitis extra Jurisdictionem, nisi ubi habitat cum tota familia: *Acceptamur salvis promissionibus, et decretis in hoc factis.* Item quod statuta Burgi Domi, Deverii, et Crevolae, et aliorum singulorum Communium dictae Curiae separati a statutis dictae Curiae Mattarellae

confirmentur per Dominationem vestram, seu per ejus Officiales et quod Officiales Curiae Mattarellae teneantur servare honorantias, et regalias Burgi Domi, et aliorum locorum, et facere fortes Consules dictorum Communium in eorum Offitiis eis praestare auxilium, consilium, favoremque in exercendo eorum Offitio: *Confirmamus dicta statuta, et honorantias consuetas praestari dictis Consulibus in tempore praeterito, observari volumus per Officiales praedictos.* Item quod nullus de Curia Mattarellae pro debito suo Communis, nec pro aliis debitis pubblicis, vel privatis detineatur, nec possit modo aliquo saxiri, molestari, nec detineri extra Jurisdictionem Curiae Mattarellae, seu quod Creditor teneatur eos debitores convenire sub suo Judice: *Volumus jus fieri.* Item quod nullus teneatur ad solutionem Portus Vogoniae, nisi transiens ipsum Portum: *Fiat consuetum.* Item quod strata Mázendoni permaneat reparata in statu, et gradu, quo nunc est, et in meliori reparatione, qua fieri possit, ita quod Mercantiae hinc inde cum equis, et carris transire possint: *Placet.* Item quod praedicti homines Curiae Mattarellae pro eorum bonis, et mercantiis non teneantur ad solutionem Datij Ripae, immo ab ipso Datio sint exempti, et quod tracteutur sicut homines Ducatus Mediolani in ipso Datio, quod Datium non potest ascendere ad summam Florenorum decem pro anno: *Fiat sicut consuetum est.* Item quod licet hominibus Curiae Mattarellae eligere Notarium Curiae praedictae, quem voluerint pro ut fiebat, et servabatur ex Capitulis Ducalibus: *Servetur consuetum.* Item quod dominatio vestra dignetur confirmare privilegia, Dignitates, Nobilitates, et Homagia Nobilium de Rhodis, qui habent, obtinent, et possident in Vallae Formatiae, Fopiano, Agario, Ouexono, et Salegio, et Cologno cum eorum pertinentiis, pro ut factum, concessum, et confirmatum alias fuit, mandando quibuscumque Rectoribus Curiae Mattarellae, quatenus se de ipsis eorum subditis non intromittant in Jurisdictione Curiae Mattarellae, nec extra: *Respondetur quod circa restitutionem Vallis necesse est, ut haec petitio omittatur, sed respectu querelae illorum de Rhodis data est cura Consiliariis, qui praesunt rebus Germanicis, ut examinent ea, quae allegantur de damno, quod illis de Rhodis pati asserunt, quia eis provisum non sit de condigno redditu, quem percipiebant ex Valle Formatia, antequam ea privarentur.* Item dignentur Dominatio vestra praedictis vestris hominibus Curiae Mattarellae concedere, quod possint eorum statuta generalia

dictae Curiae reformare, emendare, corrigere, et interpretari ac nova statuta facere, quae teneantur Rectores Curiae Mattarellae praesentes, vel futuri servari facere, dummodo non sint contra honorem praelibatae Dominationis vestrae: *Acceptamus si per nos primo emendationes, correctiones, interpretationes, ac novae concessiones primo visae fuerint; postea per nos confirmatae.* Item quod homines Curiae Mattarellae, non teneantur aliquid solvere ad Datia Bullettarum in aliqua parte Dominii vestri; *Respondetur quod contenti sumus, illos eo modo in hoc tractari, quo alii subditi nostri tractantur.* Item quia sunt quam plures Personae dictae Curiae habentes Turres, vel alteram earum demoliri non faciat. *Concedimus quod stent eo modo, quo hactenus steterunt, nec fiat novitas aliqua sine nostra speciali licentia.* Item quod praecepta spontanea, quae de caetero fieri contingent contra aliquam personam non valeant nisi in ipsis praeceptis ponantur ad minus duos Testes, et quod statutum disponens ut praecepta spontanea habeant vim sententiae definitivae, non intelligatur habere locum in praeceptis spontaneis, quae fient sine Testibus, et quod hujusmodi praecepta, etiam cum Testibus non valeant nisi per annos quindecim postquam facta fuerint: *Respondetur quod conceditur.* Item quod officium Judicis Curiae Mattarellae in temporibus introductum ad Dei honorem, et ob hominum necessitatem, ac etiam repentinis cesset in causis etiam librarum decem, et ab inde infra non obstante statuto in contrarium disponente: *Respondetur quod conceditur.* Item quod Potestas, seu Rector Curiae Mattarellae non perseveret, nec stare possit in eorum offitiis ultra sex menses, sed si fuerit de voluntate hominum Curiae Mattarellae, tunc possit stare usque ad annum completum. *Respondetur quod serventur Ordines nuper editi, ut officiales maneant in offitio tantum per biennium.* Quarum quidem moderationi, et concessioni, et supranominati Ossulanorum Nuntii, non acquiescere omnino viderentur; tamen cum optimum postea animum nostrum cognoverint, ad omne semper praestandi quidquid per tempora in eorundem Ossulanorum utilitatem, et commodum poterimus, ut non minus se a nobis diligi intelligant, quam inviolata eorum fides, et studium erga Illustrissimam hanc Domum nostram exposcat, non ultra repugnator voluntati nostrae, ut optimos subditos in Principem suum decet, nil a nobis velle, quam quod placeat, contenti fuere. Nunc ergo quod super est mandamus universis Magistratibus, et subditis nostris

praesentibus, et futuris, ad quod spectabit, ut quaeque superius recitantur, observent, et observari ab omnibus illaesa faciant, nec illis contraveniri quovis modo patiantur. Mediolani ultimo Februarii 1495. Subscript. per Barbauariam B Calchus.

Concordat cum Registro signat X in Regio Ducali Archivio, existente fol. 190.

DOCUMENTO N.° 10.

Privilegi accordati dal Duca Francesco Secondo Sforza il sedici Giugno dell'anno mille cinquecento ventitre. (Tratto dalla Copia stampata).

Franciscus Secundus Sfortia Vicecomes Dux Mediolani, ac Bari. Papiae Princeps, Angleriaeque Comes, ac Genuae, Cremonae, et Astae Dominus. Communitas Domossulae, ac ejus Jurisdictionis universi subditi nostri, cum gratulatione ad nos mississet pro recuperato Dominio, et gestis feliciter rebus, tamquam ij, qui Sfortiani nominis, et nostri praesertim studiosissimi semper fuere, nonnulla a nobis petierunt sibi concedi, quae cum responsionibus suis ad unum quodque caput inferius sunt posita,

Primo richiede la Comunità, e Uomini di Domodossula all'Eccellenza dell'Illustrissimo Sig. Duca di Milano, che non li piaccia per alcun tempo, che sia presente, nè a venire donare, nè ch'el doni ad alcun Barone, o Signore la detta terra, nè alcuna parte di sua pertinenza, ma che sempre la tenga per sua in pura, e dritta Signoria sotto il Ducato di Milano = *Sicuti Domossulanos, partiumque illius subiacentium incolas omnes in dilectu habemus, faucesque illas non parvi momenti esse in rebus nostris agnoscimus; sic nullo muovente cavebimus, ne eos alicujus Imperio supponamus.*

Secondo che M. Pauolo della Silva, nè alcuni suoi Luogotenenti, Banderali, nè alcuni soldati, quali per le passato abbiano servito al Re contro l'Eccellenza d'esso Sig. Duca, e stato suo non siano per modo alcuno in alcun tempo nell'avvenire molestati da persona alcuna sia chi si voglia per qualunque modo potessero esser condannati nelle loro persone, e beni in qualunque luogo dello Stato prefato sian posti e che possino ogni loro beni pacificamente godere in ogni parte dello Stato sian posti ancora che fossero alla Ducale camera confiscati.

Qui absentes estitere, posteaquam Domossula potiti sumus, malaque offitia contra nos, et Statum nostrum exercuere benignitate nostra indigni videntur; qui vero Domi mansere, et fideles fuere non molestabuntur.

Terzo richiedono che sua Eccellenza si degni per sua benignità confirmare alle dette Communità tutti li Privilegi, Ordini, Constituzioni, Statuti, Immunità, ed esenzioni, consuetudini, ed altre cose, le quali insino al presente per li Signori suoi Passati li sono stati donati, e conceduti, secondo il tenore della loro concessione, non siano astretti oltre il solito ad alcune taglie, nè gravezze in comune, nè in particolare.

Omnia quae per suprascriptum Caput tertium petunt confirmamus.

Item, che occorrendo a farsi guerra, che il prefato Signor Duca sia contento a condurre al suo stipendio circa mille fanti, Uomini del paese, quali abbiano ad essere pagati alla paga Svycera, e li Capitani siano del prefato Paese, e Giurisdizione di Domodossula.

Cum casus venist, Nos, qui eorum fortitudinem, et fidem iampridem novimus aeque Domossulanis in bello utemur ac adhibebimus Subditis, ita quod a nobis eorum desiderio erit opportuns satisfactum.

Quinto. Item che li detti Uomini non sian tenuti dare, nè fornire le genti di guerra, che saranno deputati per la guardia della terra, nè del Castello di alcuni fornimenti di casa, nè siano tenuti di alloggiarli nelle case delli detti Uomini abitanti, ma che li siano ordinate, e deputate tre, o quattro abitazioni, o sei per li detti abitanti nella detta terra sino a tanto saranno ordinate le torri, nelle quali detti soldati abbiano ad abitare per manco disconzo di detta terra, e maggior utile dell'Eccellenza Sua ad effetto facciano meglio la custodia, le quali torri sua Eccellenza sia tenuta a far acconzare a sue proprie spese.

Pacis tempore contenti sumus, quod ita fiat circa militum Stationes uti postulant, dummodo illis provideant circa Domus utensilia, pro ut providebunt tempore Excellentissimi Domini Patris nostri; Belli autem tempore, vel suspitioso, cum impossibile fit ordinem illum servari conveniens est, ut in eo casu Domossulani grave non existiment ea incommoda perferre, quae secum bellum fert, cum ea Patriae commodum et salutem, si ita acciderit, secum ferent.

Sesto. Item, che il detto Signore si degni impetrare grazia dal SS.

Papa, che li Beuofizii di detta Giurisdizione non siano trasferti nè concessi alli forestieri ad effetto, che le loro chiese siano servate ed officiate secondo il debito.

Lubentissime quidem operam dabimus apud Sanctissimum Dominum nostrum, ut illorum commodo sicuti petunt, et ornamento consultum sit.

Settimo. Item, cho sia permesso alli detti uomini di portare le loro spade, e pugnali dentro di detta terra di Domodossola, ed in ogni altra Città, e terra, e luogo del Ducale Dominio senza alcuna pena.

Servabitur idem Domossulanis; quod in reliquis Dominii nostri locis, qui certo persuadere sibi poterunt, si secus non nisi ex maxima, et urgente causa armorum portationem sublatam iri.

Ottavo. Che il prefato Sig. Duca sia tennto ogni anno dare, e pagaro al Comune, e Uomini della Valle di Divedrio lire cento vent'una, e lire novantasette e soldi cinque Imperiali ogni anno al Datiario di Domodossula per ricompensa del Dazio di detta Valle di Divedrio, e del pedaggio di Domodossnla per l'esenzione fatta alli Vallesani per l'Ill mo Sig. Duca Ludovico, e successive per li altri Signori passati: qnali si pagano alla mensa Episcopale di Novara: e lire trenta Imperiali ogni anno alla Chiesa di S. Marco di essa Valle di Divedrio per ricompensa di certi Beni tolti per il prefato Sig. Duca Lndovico a detta Chiesa, ed assignati alla Chiesa di St. Marco territorio de' Vallesani, e tutto questo per evitare li scandali, rnine, ed incendii, quali potriano accadere come altre volte accadde al tempo del prelibato Sig. Ludovico, per lo quali rimase quasi distrutta tutta quella Valle, e quali denari sono sempre stati pagati per li Signori passati, come appare alli libri delli Magistri dell' Entrate Ducali.

Contenti quidem sumus illam pecuniarum summam solvere quam solitus erat solvere Excellentissimus Parens noster, pro adductis in hoc superiore Capitulo.

Nono. Item perchè detti Abitanti sono propinqui a detti Vallesani, e Svizzeri quali altre volte al tempo delli Signori passati hanno commossi guorre, incendii, e distruzione intollerabile al detto Paese richiedono, che in caso li venisse gnerra per detti Vallosani, e Svizzeri in alcun tempo, nell'avvenire, e non fossero sufficienti a resistere da loro stessi, che sua Eccellenza sia tenuta, avuta la notizia di tale guerra, mandargli il debito soccorso nel tempo debito de danari per assoldare qualche compagni nel detto Paese per diffendere li passi,

e de gente, e de Artalaria a sufficienza, affine si possino da essi nemici diffendere, ed in caso, che il prefato Sig. Duca non volesse o non potesse mandare detto soccorso come è di sopra, e loro non potessero resistere, possino, e il sia lecito ad essi abitanti con tali inimici componersi ed accordarsi per conservazione delle persone loro, e beni senza imputazione alcuna.

Cum de Domossulanorum salute agatur, qui nobis carissimi sunt, pro viribus nunquam deerimus, quia illis auxilio simus, et ab eis omnes injurias propulsemus: Cavere tamen eos volumus, diligenterque advertere ne nobis inconsultis arma contra Vallesanos, aut alios vicinos muoveant neque cum eis pacis.

Ultimo. Item che sia rimesso, e perdonato ogni eccesso, e delitto da qualunque maniera voglia se sia, che si possa dire, nè pensare, o in qualunque fazione che gli possono essere nominati, o imputati dal dì d'oggi in dietro commessi per qualunque causa, etiam che se per causa de' detti eccessi si trovasse seguita alcuna sentenza, ovvero alcuna condannazione pecuniaria, o corporale, quali siano per tal modo cancellate, ed annullate, che mai per alcun tempo avvenire alcuni delli detti delinquenti, e sudditi, o in generale, o in particolare possino essere molestati, nè inquietati da alcuno.

Contenti sumus Domossulanis in hac re etiam satisfacere, et delinquentibus ignoscere respectu tamen personae tantum, et pro iis delictis solummodo, quae commissa sunt ante deditionem Domossulae nobis factam; et cum hac conditione, quod teneantur a nobis litteras gratiarum reportare, et pacem cum iis, qui offensi sunt habeant: Quae omnia et singula cum effectum sortiri omnino velimus, harum nostrarum serie injungimus, ac mandamus Magnifico Praesidi, et spectabilibus Senatoribus nostris Mediolani, Magistris Intratarum nostrarum utriusque Camerae, Capitaneo Justitiae Mediolani Gubernatori nostro Lacus Majoris, omnibusque Magistratibus, Jusdicentibus, Officialibus, et Subditis nostris tam mediatis, quam immediatis, ad quod pertinet, et ea devenerint, ut has nostras, et quaecumque in eis contenta adamussim observent, et faciant ab omnibus inviolabiliter observari, neque contravoniant pro eo quanti nostram gratiam aestimant; in quarum testimonium has manu nostra suprascriptas fieri, et registrari jussimus nostrique sigilli appensione muniri. Dat. Mediolani die decima sexta Junii 1523.

Firmat. Franciscus. Visa Moronus, et Bartholomaeus Rozonus, ac sigillat. Ducali Sigillo pendenti in cera alba more solito.

Segue l'interinazione del Ducale Senato del tenore seguente.

Franciscus Secundus Sfortia Vicecomes Dux Mediolani, et Barri, Papiae Princeps, Angleriaeque Comes, ac Genuae, Cremonae, et Astae Dominus. Non ignoramus praesentatas in Senatu nostro fuisse litteras nostras mandantes non nulla capitula per nos Communitati Domossulae, ac ejus Jurisdictioni concessa, pro ut in litteris ipsis continetur, observari, earumque approbationem petitam, tenor quarum talis est videlicet.... (*seguono le sopra riportate lettere*).

Scientes quoque per praefatum Senatum visis litteris ipsis datis signatis ut supra, ac debita sigillatis una cum oppositionibus factis per Advocatum nostrum Fiscalem, cui litterae ipsae videndae datae fuerant, ut si quid vellet opponeret; Auditaque relatione unius ex Senatoribus nostris, cui omnia videnda, et examinanda data fuerant; iisdemque, et aliis omnibus merito considerandis mature et diligenter consideratis, sancitum esse praefatas litteras fore approbandas, pro ut eis approbavit in omnibus juxta earum formam et tenorem: hac tamen moderatione, quod circa confirmationem Privilegiorum, Ordinationum, Costitutionum, Statutorum, immunitatum, exemptionum, et consuetudinum de qua supra intelligatur tantummode de donatis, et concessis per Illustrissimos Majores Praedecessores nostros Mediolani Duces, ac consuetudinibus per praefatos Duces approbatis; Et proinde non dubitantes Senatum ipsum non nisi justis, et rationalibus causis ad memoratam approbationem dicta moderatione interveniendam processisse; ejusque rectum, et maturum judicium sequentes et eandem approbationem ratam, gratam ac firmam habentes mandamus, et expresse praecipimus omnibus, et singulis Magistratibus, Officialibus, Jusdicentibus, et subditis nostris, ut ipsas approbationis litteras firmiter observent, et inviolabiliter observari faciant; In quorum testimonium praesentes fieri jussimus, nostrique Sigilli impressione muniri. Dat. Mediolani die trigesima Augusti 1525.

Signat. Ego Joannes Franciscus Marlianus Praeses subscripsi, et subscripsit Hyeronimus P.

Subscriptus cum signo Tabellionatus anteposito: Ego Hercules Ve-

ranns filius quondam spectabilis D. Joannis Rodulphi Civitatis Mediolani publicus, Imperiali Apostolicaqne Auctoritatibns Notarins exemplnm suprascriptarum litterarnm, Capitularnm, et approbationis ab Originali penes me existente fideliter extrahere feci, et quia illnd concordare inveni cnm dicto originali hic mann propria subscripsi, apposito signo Tabellionatns, ut moris est.

DOCUMENTO N.° 11.

Conferma dei Privilegi dell'Ossola accordata dal Duca Francesco Secondo Sforza in data 8 *Luglio* 1531. (Dalla copia in stampa).

Franciscus Secundus Dux Mediolani etc. Recnperata nnper Domossula, atqne ejus Jurisdictione, cnm nniversi ejus Regionis Incolae pro innata eornm erga Illustrissimam Sfortianam Domum fide gratnlatum ad nos mississent, petierunt nonnnlla sibi a nobis concedi, quae cnm responsionibns suis ad illnmqnodque Capnt inferius posita sunt. Primo richiedono la Comnnità, e Uomini di Domodossola all'Eccellenza dell' Illnstrissimo Sig. Dnca di Milano, che non voglia per alcun tempo infendare, nè alienare quovismodo detta Ginrisdizione di Domodossola ma la tenghi per sna sotto il dominio di Milano: *Id Domossulanis ita exposcentibus concedemus, quod nullo etiam movente facturi eramus ne eos scilicet alicujus Imperio Supponamus.* Secondo, che a detti nomini tanto in generale, che in particolare sia rimesso e perdonato ogni delitto, che si potesse dire avessero fatto, detto, trattato, ed attentato da qui indietro così contro sna Eccellenza, e Stato sno, quanto per altri particolari delitti, ed omicidj hactenus commessi in detta terra, e ginrisdizione, avendo la remissione, ovvero pace con li offesi, e gli sia remessa ogni condennazione fatta, o che si potrebbe fare tanto delle persone, qnanto delle loro robbe, confiscazione de' beni, od altre pene pecnniarie. *Delicta contra nos commissa per praesentes remittimus: quae autem contra alios perpetrata fuerunt, habita pace, pariter remitti pro ut petunt, contentamus.* Terzo, che ad essi abitanti della Corte di Mattarella gli sia confermato qualnnqne Privilegio, Statuto, immnnità, ed esenzione ottennta tanto in ispeciale qnanto in generale dalli Illnstrissimi, ed Eccellentissimi Antecessori di sna Eccellenza, e che li faccia inviolabilmente osservare senza al-

cuna eccezione. *Immunitates et Privilegia eorum, quae petunt in futurum observabuntur, pro ut hactenus observata fuerunt.* Quarto che a detti abitanti sia lecito, e così gli siano concesse licenze opportune per poter condurre da cadun luogo del Dominio di Milano Grani, e Legnmi pagando solamente li Dazii antichi, e consueti senza pagamento di bolletta di alcun Capitano, Commissionario, et Officiali senza danno e pregiudizio delli venditori. E questo per suo uso, e specialmente che non siano tenuti pagare alcun dazio di Omegna nnovamente imposto. *Secundum occorrentiam temporum, et casuum providebitur. Quo autem ad Immunitates, de quibus in Capitulis solitum servari curabimus.* Quinto che essi uomini non siano tenuti ad alcun pagamento delli Dazii della Ripa per sue mercanzie ed uso che tireranno fuori di Milano, ma solamente a qnel pagamento, al quale sono tenuti quelli del Ducato di Milano. *Hoc Capitulum juxta solitum omnino servari volumus.* Sesto che li siano mandati Officiali, quali amministrano Giustizia a ciascuno, che diano Signrtà nel paese di stare al Sindicato, e che per causa de'contratti ciascuno anche forestiero, che si ritroverà in essa Giurisdizione possa essere convenuto nanti il Commissario di Domodossola, e che finito l'Officio detti Officiali non possino più levare nè esiggere alcuna condannazione, o emolumenti fatti durante il suo Officio, nè se ne possino più intromettere così come si è costnmato fare per il passato, la qnale costuma sia osservata. *Nostrae mentis omnino est, ut qui Justiiae, et litibus terminandis praesint, rationem Officii sui reddant: Atque ita quod petitur pro Officialibus et Sindicatoribus, libentes concedimus: Volumus tamen, quod petita fidejussio praestari possit in Civitate Mediolani, et Forenses possint ibi conveniri ubi ex forma contractus, vel aliter a jure Communi, vel municipali concedatur. Quo ad condemnationes autem post finitum officium ab ipsis Officialibus non exigendas contentamur juxta petita id concedere.* Settimo che sia espressamente comandato alli Castellani, Capitani e Gente che saranno ordinati per la guardia del Castello di Mattarella, e della terra di Domodossola che per niun modo presumino di andare nelli beni, e possessioni e boschi delli Nobili, e Vicini di detta Corte per fare danni in detti Beni. *Nihil nobis aeque cordi est, quam prohibere, ne subditis nostris per quempiam inferatur injuria; Quamobrem non minus ipsi curabimus, ne Praefecti Arcium, aut Milites nostri a damnis eorum*

temperent, quam Domossulani id a nobis enixe contendunt. Ottavo che la elozione del Notaro della Banca di detta Corte di Mattarella la quale per li Uomini, e consiglio di detta corte, è solita esser fatta sia osservata e confermata. *Quod hactenus observatum est, id etiam in futurum observari volumus:* Atque haec omnia, et singula eum effectem omnino sortire velimus.

Praesentium tenore injungimus, et mandamus Magnifico praesidi Reverendis et spectabilibus Senatoribus nostris, Magistris intratarum nostrarum utriusque Camerae, Capitaneo Justitiae, omnibusque Magistratibus, Jusdicentibus, Officialibus, et subditis nostris tam mediatis, quam immediatis, ad quos pertinet, et hae devenerint, ut has nostras, et quaecumque in eis contenta adamussim observent, et faciant ab omnibus observare, neque contraveniant pro eo quanti gratiam nostram cari pendant; in quorum testimonium has manu nostra subscripta fieri et registrari jussimus, nostrique sigilli appensione muniri. Dat. Mediolani die octavo Julii 1531.

Signat. Franciscus etc.

In Angulo Subscript. Bartholomeus Rozonus etc. fol. 243.

Locus Sigilli adest cordula sericea coloris viridis, et albi, in quo erat appensum Sigillum Ducale.

DOCUMENTO N.° 12.

Ratifica dei Privilegi del Duca Francesco Secondo Sforza fatta da Carlo Quinto Imperatore, il 29 Agosto 1541, ed interinata dal Senato il 13 Maggio 1544. (Dalla stampa)

Carolus Quintus Divina favente Clementia Romanorum Imperator Augustus, ac Germaniae, Hispaniarum, utriusque Siciliae, Hierusalem, Hungariae, Dalmatiae, Croatiae etc. Rex, Arciduc Austriae, Dux Burgundiae, Brabantiae etc. Comes Abspurgi, Flandriae, Tirolis etc. Recognoscimus, et notum facimus tenore praesentium universis, quod nobis significatum fuit pro parte nostrorum, et Sacri Romani Imperii fidelium dilectorum Communis, et Hominum Domus Ossulae qualiter recuperatae primum ea regione per illustrem quondam Franciscum secundum Mediolani Ducem, et Nepotem nostrum carissimum, cum eorum oratores, ei gratulatum ivissent, petiissentque nonnulla

Capitula Communi, et Hominibus ipsis concedi per Ducem praefatum ut gratificaretur ipsis, ea tunc concessisse, ut patet litteris Ducalibus datis de anno millesimo quingentesimo trigesimo primo die octava Julii, quae nobis in authentica forma exhibitae sunt, et item cum de anno millesimo quingentesimo vigesimo tertio die sextodecimo Junii recuperata secundo loco Jurisdictione illa, missi pariter fuissent oratores Domussolenses ad Ducem Ipsum, petitaque fuissent nonnulla alia Capitula de dicto anno, et mense, ut Dux ipse eos uti bonos subditos recognosceretur, et aliqua liberalitate complecteretur, illis ea concessisse, quae nobis pariter exhibita in authentica forma fuerunt; Cumque praemissorum omnium, et singulorum Domussolenses petiissent humiliter a nobis approbationem, volentes illis non solum de Statu Mediolani, sed et de nobis, et de Sacro Imperio Romano benemeritis gratificari. Visum est eorum honestae petitioni annuere; et idcirco tenore praesentium ex certa scientia, et de nostrae potestatis plenitudine sano accedente consilio Capitula omnia superius commemorata concessa per praefatum Illustrem Ducem Franciscum, et ut supra per nos visa, quae hic pro sufficienter expressis, ac si de verbo ad verbum inserta fuissent, haberi volumus in omnibus suis clausulis, punctis, articulis, et sententiis approbamus, et confirmamus. Supplentes omni deffectui, et solemnitati, quae in praemissis approbandis, et confirmandis servari debuissent, et servata non essent. Mandantes insuper Illustri Locum Tenenti nostro generali in Statu Mediolani praesenti, et futuro, Praesidique, et Senatui Mediolani, ac omnibus, et singulis Jusdicentibus, et Officialibus nostris ad quos spectat, et spectabit, ut Capitula ipsa tam primo, quam secundo loco praefatis Domussolensibus concessa per praefatum Ducem, et hanc approbationem et concessionem nostram inviolabiliter observent, et observari faciant, non obstantibus aliquibus legibus, decretis, statutis, ordinibus, consuetudinibus, et alijs in contrarium facientibus, quibus omnibus, et singulis quatenus obstarent, vel quovis modo obstare possent in hac tantum parte ex certa scientia, et ut supra derogamus, et derogatum esse volumus In quorum fidem, et testimonium has litteras manu nostra subscriptas sigilli nostri appensione jussimus muniri.

Dat. Mediolani die vigesimo nono Augusti anno Domini millesimo quingentesimo quadragesimo primo, et Imperij nostri vigesimo primo, et Regnorum nostrorum vigesimo sexto.

Signat Carolus etc.
Vidit Perenotus.
Ad mandatum Caesareae, et Catholicae Maiestatis proprium
Subscript. Jo. Obernburger etc.
Et cum sigillo pendouti otc.

Coucordat cum originali in actis dimisso per Domussolenses in causa cum Regulatoro Gonorali Impresiae Tabaci per me viso, collationato, et deiudo parte restituto.

Franciscus Agugiarius.

Carolus Quintus Divina favento Clemeutia Romanorum Imperator Augustus etc. Nomiuo Commuuis, ot Hominum Domus Ossulae approbatio a Senatu nostro Mediolani petita fuit confirmationis, et approbationis nostrao subanuexae, qnam eis fecimus anuo millesimo quingeutesimo qnadragesimo primo vigesimo nouo Augusti do Capitulis eisdem concessis, et confirmatis per Illustrom quondam Priuclpem Frauciscum Sfortia Secundum primo, atque secundo loco coucessis, et pro parte coufirmatis; Nos ex optimo more nostro jussimus Privilegium illud, una cum coucossionibus, et confirmatione Ipsorum Capitulorum Fisci nostri Advocato ostendi, cujus oppositionos cum exhibitae fuisseut omnia videri, et deiude referri in eodom Ordine per unum Senatorum nostrorum voluimus, eiusquo audita relationo, et visis omuibus praeuarratis capitulis, et coucessiouibus, una cum approbatione Senatus ipsius Priucipis Fraucisci Secundi ultimo Augusti auui millesimi quingontesimi vigesimi quinti facta, omniumque habita diligonti consideratioue Seuatus Privilogium ipsum Domussolonsium subauuexum confirmavit, et approbavit quo ad coutenta tantum in approbatione Sonatus praenarrata, et sub qualitatibus in oa couteutis, quod et nos probautes maudamus omnibus, ot singulis Offitialibus nostris, ac caeteris, ad quos quomodolibet spectabit, ut Privilegium ipsum juxta hauc Senatus nostri comprobatiouem sorvont inviolabilitor, et servari faciaut. In quorum fidom praesentes uostras fieri, et registrari jussimus, nostrique sigilli impressiono muniri.

Dat. Mediolani die decima tertia Maij millesimo quingentesimo quadragosimo quarto.

Subscript. Princeuallus etc. pro Domiuo Robio.
Et sigillat etc.

Concordat cum originali in actis dimisso per Domussoleuses in causa cum Regulatore Generali Impresiae Tabaci per me viso, collationato, et deinde parti restituto.

Franciscus Agugiarius.

DOCUMENTO N.° 13.

Ordine Magistrale delli 10 Dicembre 1537 col quale si dichiara non essere la Valle Vigezzo compresa nell' estimo delle terre del Lago Maggiore, nè tenuta a concorrere con dette terre al pagamento delle imposte (1).

MDXXXVII. Die X.° Decembris.

Conquerentibus in Magnifico Magistratu Ordinario Agentibus pro Valle Vigletii q. licet a tanto tempore citra cujus initii memoria in contrarium non existat tam per tempora per quae uniti erant cum Curia Mattarellae q. per ea, per quae fuerunt separati, et dati in feudum Ill.mis Comitibus Borromeis semper fuerint praeservati immunes ab omnibus oneribus tam ordinariis, q. extraordinariis impositis terris Lacus Majoris tam virtute unionis, et membris Curiae Mattarellae, quam privilegiorum separationis, et infeudationis factae ut supra.

Tamen de praesenti vel a certo pauco tempore citra lacuales Lacus Majoris sattagerunt, et sattagunt velle ipsos Vigletienses cogere, et quandoque cogerunt, indebite tamen, ad contribuendum solutioni onerum lacualibus impositorum. Petentibus propterea provideri et declarari eos Vigletienses immunes esse ab oneribus imponendis dictis lacualibus, et ab ipsis esse in totum separatos, nec comprehensos in eorum extimo, pro ut numquam fuere, sed ipsam Vallem, et communia fuisse partem, et membrum Curiae Mattarellae, et quod ubi Camera velit eis Vigletiensibus imponere aliquod gravamen id fiat habita ratione sterilitatis Loci, ac paupertatis hominum ipsorum. Datae fuerunt scripturae inde productae per ipsos agentes Vigletientium ex

(1) La pergamena originale è ora fra le mani dell'Autore.

ordine praedicti Magnifici Magistratus M co Domino Joanne Baptista Pecchio Advocato Fiscali videndae, et deinde refferendae in eo M.co Magistratu. Auditaq. ejus relatione, et edocti de mente Ill.mi Consilii in quo, et ad praesentiam R.mi, et Ill.mi Cardinalis factum fuit verbum de negotio isto, visaq. citatione emanata lacualibus praedictis, et omnibus mature consideratis. — Ordinatum fuit, et attenta contumacia contra ipsos lacuenses accusata, ipsos Vigletienses esse in totum separatos ab extimo Terrarum Lacus Majoris, nec teneri cum eis lacualibus subire aliqua onera eis lacualibus imponenda, et eam Vallem non esse comprehensam in extimo lacuensium; et ita praedictus Magnificus Magistratus declarat, ordinatq. Insuper ubi aliquod gravamen seu onus extraordinarium imponi vellet per Cameram ipsis Vigletiensibus in tali impositione habeatur consideratio, et respectus, ac ratio ad sterilitatem, paupertatem, et fidem ipsorum Vigletiensium.

Subscriptus — Titus Lendiera cum ziffera, et sigillo magno in cera rubea, et scripta in membrana.

DOCUMENTO N.° 14.

Ordine del Magistrato Camerale di Milano col quale si mandano eseguire le lettere del Marchese del Vasto, in data 18 *Agosto* 1543, *portanti che i Vigezzini non siano gravati da imposte straordinarie, e trattati come gli Orsolani* (1).

MARCHIO VASTI AYMONIS CAES. MAIESTATIS
CAPITANEUS GENERALIS, ET
LOCUMTENENS.

Dilectissimi nobis. Preces Hominum Vallis Vigletii nobis exhibitas, ad vos his nostris insertas damus. Et quia eorum petitio honesta nobis videtur vobis committimus, quod ubi supplicata vera sint ipsos Supplicantes in extraordinariis ulterius non gravetis, nec deterioris conditionis esse sinatis, quod eos in quorum pari casu se esse asserunt, facturi in hoc voluntatem nostram. Mediolani XVIII Augusti 1543. Signat. Il Marchese del Vasto. Vidit Taberna; in angulo: Augustinus

(1) La pergamena originale trovasi ora fra le carte dell'Autore della Storia Vigezzine.

Montius; a tergo Spect. Egr. et Nobil. D. Praesidi, et Magist. redditum Caes. Camerae Mediolani nobis dilectissimis, et sigillata etc.

Illustriss. et Excellentissime Princeps. Valles Vigletii sita est in Curia Mattarellae Domus Ossulae. Sed separata fuit, et infeudata fidelissimis Excell. Vestrae Comitibus Borromeis. Veruntamen eisdem legibus et statutis vivit, et eadem privilegia, eosdemque immunitates habet eisque ab eterno, et per tanti temporis spatium cujus initij non est memoria incontrarium Usa est, praeservatique sunt dicti Homines ejus Vallis pari modo immunes ab omnibus oneribus ordinariis, et extraordinariis pro ut Domus Ossulani tanquam membrum Domus Ossulae. Salvo quod de anno 1537 dum esset ob imminentes necessitates impositum subsidium, seu onus Lacualibus Lacus majoris; Dum vellent Lacuales arctare ad contribuendum dicto oneri dictos Vigletienses habuerunt recursum tunc ad Illustrissimum Guberuatorem, et demum ad Magistratum Ordinarium, qui rationibus praedictis causa cognita declaravit Vigletienses non compraehendi in Extimo Lacualium, nec cum eis teneri ad onera, et pro ut in ea ordinatione, quae Excellentiae Vestrae exhibetur; praeservatique sunt ab eo tempore citra immunes eodem modo et forma pro ut Domus Ossulani. Salvo quod imposito subsidio, seu onere Lacualibus annis praeteritis tempore Excellentiae Vestrae voluit Magistratus cogere eos ad solutionem partis dicti oneris. Sed supplicantes Vigletienses semper recusaverunt, et solvere nolluerunt ea ratione quia non sunt de Lacualibus, et Domus Ossulani quorum membrum sunt non solvunt, ut igitur ab hac molestia se eximant tam in praeteritum, quam in futurum Vigletienses praedicti ad Excellentiam Vestram confugiunt.

Supplicando quatenus Excell. Vestra attento quod non sunt de Lacualibus, sed de Domus Ossulanis qui nihil solvunt, et attenta sterilitate de qua est facta fides Magistratui, prout in dicta ordinatione fit mentio, ob quae sunt in pari casu, et fortiori, quod Domussolani, et illi de Tragontano, et Maxeria Iurisdictionis Vogoniae qui pariter tractantur prout Domusossulani. Et attentis praemissis dignetur mandare magnificis Dominis praesidi, et Magist. ut si Supplicantes Vigletienses sunt in pari gradu prout memorati respectu sterilitatis, eos tam in praeteritum quam in futurum occasione onerum extraordinariorum non molestent, nec arctent, nec gravent ad solvendum, nisi his modo

et forma, prout tractantur Domusossulani quorum membrum sunt, nec in plus eos gravent, et ita sperant.

MDXLIII. product. die XX. Augusti in tertiis per Spectabilem D. Franciscum Crassum Procuratorem Communitatum, et Hominum Vallis Viglettij, et facta est requisitio, quod exequantur ulz. et ad effectum ut etc. exhibentem ibidem ordinationem alias factam per praefatum Magnificum Magistratum sub die decimo Decembris anni 1537., et item litteras obtentas per Communitates Maseriae, et Trontani etc Datas decimo Julij anni presentis ad demonstrandum qualitates in literis expressis petentem propterea non molestari ad formam literarum, aliter protestantem etc.

Postea vero die quinto mensis Decembris anni 1543 praefati Magnifici D. Praeses, et Magistri, visis literis praef. Illustriss., et Excellen. D. Locumtenentis productis nomine ipsorum hominum Vallis Vigletij, ac visa ordinatione alias facta pro ipsis hominibus sub die decima Decembris 1537. prox. praeteriti, ac informati de sterilitate dictae Vallis ac paupertate ipsorum hominum, et quod sint deterioris conditionis quam sint homines Domus Ossulae, Maseriae, Trontani, Beurae, et Cardetiae, ac etiam edocti de aliis in supplicatione contentis, et consideratis considerandis.

Ordinaverunt et ordinant literas praefati Illustrissimi, et Excellentiss. D. Locumtenentis esse exequendas, et executioni mandandas.

Signata Titus Leudiera cum Ziffera, et sigillata sigillo magno in cera rubea, et scripta in membrana.

DOCUMENTO N.° 15.

Dichiarazione Magistrale delli 12 Maggio 1551. colla quale si ordina che i Vigezzini non debbansi ulteriormente molestare pel pagamento della quota d'imposta dell'anno 1537 (1).

Millesimo quingentesimo quinquagesimo primo
die Martis duodecima mensis Maij.

In causa praecepti ad instantiam Fisci Caesarei intimati Universitati et hominibus Vallis Vigletii, ut solvisse deberent scuta mille ducentum

(1) La pergamena originale trovasi ora fra le carte della Storia Vigezzina

nonaginta occasione restantium debitorum eis petitorum; Visis exceptionibus nomine ipsorum Vigletiensium propositis quibus inter alia dicebatur ipsos esse in possessione aliqua onera ordinaria, vel extraordinaria non solvendi tamquam, quod dicta Vallis sit de Curia Mattarellae privilegiatae, et immunis ab oneribus maxime ob sterilitatem, et inopiam dictae Curiae, et sic dictae Vallis; Visis etiam juribus per ipsos productis praesertim ordinatione per Magnificum Magistratum facta die decimo Decembris millesimi quingentesimi trigesimi septimi, qua declaratum fuit Vigletienses ipsos esse in totum separatos ab extimo Terrarum Lacus Majoris, nec teneri cum eis Lacualibus subire aliqua onera Lacualibus ipsis imponenda Item visis litteris illustriss. qu. Marchionis Vasti Praecessoris Gubernatoris Status Mediolani scriptis Magnifico Magistratui die decimo octavo Augusti milesimi quingentesimi quadragesimi tertii mandantibus, quod ubi supplicata vera essent non gravarent ulterius Vigletienses ipsos in extraordinariis nec deterioris conditionis esse permitterent quam essent illi in quorum pari casu esse asserebant. In supplicatione autem dicebatur Vallem Viglotii sitam esse in Curia Mattarellae Domus Ossulae, sed separatam et infeudatam Comittibus Borromeis, verum tamen iisdem legibus, et statutis uti, easdemque immunitates, et privilegia habere, et quod semper praeservati fuerunt ab omnibus oneribus ordinariis, et extraordinariis pro ut Domus Ossulani tamquam membrum Domus Ossulae. Et ideo supplicabant attenta etiam sterilitate, de qua facta fuerat fides Magistratui, ut mandaretur praefatis Magnif. D. Quaestoribus ut non gravarent ad solvendum supplicantes nisi iis modo, et forma pro ut tractantur Domus Ossulani. Item visa ordinatione per ipsos Magnificos D. Quaestores facta die quinto mensis Decembris anni milesimi quingentesimi quadragesimi tertii etiam tamquam informatos de sterilitate dictae Vallis, et paupertate ipsorum hominum, et quod sunt deterioris conditionis, quam sint Homines Domus Ossulae, qua declaraverunt litteras praefati Illustrissimi D Locumtenentis exequendas esse, et exequtioni mandandas. Item visis aliis videndis. Item audita relatione orctenus facta per Magnificum D. Joannem Glussianum Caesareum Sindicum Fiscalem, cui datum fuerat onus allequendi Magnificos D. Quaestores etiam super nova informatione de mandato praefatorum Magnificorum DD. Quaestorum sumpta de sterilitate paupertate, et situ ipsorum Vigletiensium, et de omnibus facta relatione Illustriss. et Ex-

cellentiss. Caesareo Locumtenenti ad praesentiam Magnificorum Spinae, et Glussiani Fiscalium praef. M. Mag. I. C. D. Jo: Baptista Schitius Caesarens Senator, et Aloysius Palatius Consultores Delegati pro exequtione ordinationis praelibati Excellentiss. Caesarei Locumtenentis, de qua in actis mei Notarii infrascripti.

Ordinaverunt et ordinant Vigletienses ipsos ex causa dictorum restantium ulterius molestari non debere, et ita fieri mandant. Signata Schitius, A. Palatius, et Glussianus.

Supscript. Ego Michael Campiagus filius qu. Egr. Ducalis Secretarii D. Jo: Jacobi P. O. P. S. Babilae foris Mediolani publ. Imperial. authoritate Mediolani Not. et Not. praefatorum Magnif. DD. Delegatorum subscripsi, et in actis est signata etiam in margine signo Tabellionatus cum Ziffera circum, et M. C. A. M. in medio, et cruce superius: scripta in membrana.

DOCUMENTO N.° 16.

Conferma dei Privilegi dell' Ossola fatta dal Re Filippo li 8 Novembre 1579 coll' interinazione del Senato di Milano delli 10 Luglio 1582. (Tratto dall'edizione stampata nel 1723).

Philippus Dei gratia Hispaniarum utriusque Siciliae, Hierusalem, Hungariae, Dalmatiae, Croatiae, etc. Rex, Archidux Austriae, Dux Burgundiae, Brabantiae, et Mediolani, Comes Abspurghi, Flandriae, et Tirolis. Recognoscimus, et notum facimus tenore praesentium universis, expositum nobis fuisse ex parte fidelium nobis dilectorum Communitatis et Hominum Domus Ossulae, se non nulla Privilegia, concessiones, et gratias per Illustrissimum quondam Franciscum Sforciam secundum Ducem Mediolani dictae Communitati, et Hominibus concessa, seu concessas, et per Invictissimum Carolum Quintum Genitorem nostrum Collendissimum confirmata vel confirmatas habere: Quapropter nobis humiliter supplicaverunt, ut attentis praemissis, ac variis obsequiis, per eos praestitis, et quae in posterum prestare valent, praefata privilegia, concessiones et gratias confirmare, ac quatenus expediat, de novo concedere velimus; Nos vero habita consideratione praefatorum, et volentes, ut quae jam per Praedecessores nostros concessa fuere, suum sortiantur effectum, petitioni praedictae libenti animo annuendum esse decrevimus. Tenore igitur praesentium

de certa scientia Regiaque, et Ducali auctoritate nostra deliberate, et consulto, ac ex gratia speciali, maturaque sacri nostri Supremi Consilii accedente deliberatione, praedicta Privilegia, Concessiones, et Gratias, Genitorisque nostri confirmationem in omnibus suis punctis clausulis, articulis, sententiis, et continentiis de verbo ad verbum (ut iacent) approbamus, confirmamus, ratificamus, ac quatenus opus sit, de novo concedimus, quatenus tamen fuerunt, et sunt in possessione, decernentes hanc nostram approbationem, confirmationem, ratificationem, et novam concessionem valere, et tenere, perpetuamque firmitatem, et robur ubique obtinere et inviolabiliter observare debere, Supplentes quoscumque defectus Juris, et facti, et cujusvis Solemnitatis intrinsecae, et extrinsecae et formalis a jure, vel consuetudine requisitae, si quis, et quae in praemissorum aliquo intervenisset, aut intervenisse, dici, et allegari posset, non obstantibus quibuscumque ordinibus tam in genere quam in specie contrarium facientibus, aut aliam formam dantibus, quibus omnibus, et singulis eorum tenores hic pro insertis, et sufficienter expressis habentes hac tantum in parte derogamus, et derogatum esse volumus, mandantes Illustri Gubernatori nostro praesenti, et futuris, Praesidi, Senatuique, Praesidibus, Magistrique, utriusque Magistratus, Thesaurario Generali nostro, caeterisque Officialibus, et subditis nostris Mediolanensis Dominii, ad quos spectat, et spectabit, ut hanc nostram approbationem, confirmationem, ratificationem, et innovationem (in ea tamen possessione, et ut supra) observent, et exequantur. ac ab omnibus exequi, et observari faciant, non obstantibus ut supra, sub gravissimae Indignationi nostrae poena, ac poena marcarum quadraginta auri puri, quarum dimidia Regio et Ducali fisco nostro Mediolani, alteram vero partem parti laesae, et laesis irremissibiliter applicandam esse mandamus; harum testimonio litterarum manu nostra subscriptarum, et sigilli nostro appensione munitarum. Dat. in Domo Pardi die octava mensis Novembris Anno a Nativitate Domini millesimo quingentesimo septuagesimo nono, Regnorum autem nostrorum, videlicet Hispaniarum, et ulterioris Siciliae anno vigesimo quarto, citerioris vero Hierusalem, et aliorum Regnorum anno vigesimo sexto.

Signat; Jo. el Rey etc.

Ad Mandatum Regiae, et Catholicae majestatis proprium.

Subscript. Gabriel de Cayas etc. etc

Vidit Antonius, Cardinalis Gravellauus.

Vidit Comes.

Vidit Ramodetus Regens.

Vidit. Leon Regens.

Vidit. Herrera Regens.

Vidit. Caruasal Regens.

Confirma Vuestra Maestad alla Comunidad de Dondossula en el stado de Milan los Privilegios, que tienen concedidos por los Predecessores de Vuestra Maestad en a quel Stado de quo hunyeren estado y estunieren en possession.

1582 Die Vigesima secunda Junii.

Attentis litteris Illustrissimi locum Tenentis tollentibus lapsum anni ad petendum hujus Diplomatis confirmationem, dictum fuit, quod Fiscus videat, et si quid opponeudum erit, opponat, mox senatus deliberabit.

Subscript. Landriauus.

1582 Vigesimo quinto Junii.

Gratiosae istae concessiones ab Excellcutissimo Duce Francisco secundo processerunt anno 1523. decimo sexto Junii, fueruntque per Senatum approbatao anno 1525. ultimo Augusti, et cum earum confirmatio obtenta fuisset ab Invictissimo Carolo Qninto Imperatore anno 1541 die vigesima nona Augusti Senatus confirmationis illius Diploma denuo probavit repetitis restrictionibus, quae in priori interinatione leguntur, ut coustat litteris diei decimae tertiae Maij 1544. Nunc igitur temporis nil novi aggredimur, sed rem non semel actam agimus Fiscus propterea servatis couditionibus seu restrictionibus memoratis, nil opponit, sed se remittit.

Subscript. F. Bossius.

Philippus Del gratia Hispaniarum, utriusque Siciliae etc. Rex, Mediolauiquo Dnx etc Cum Communitates et Homines Domus Ossulae non petiissent intra annum, ex constitutionibus praefixum a Senatn nostro Mediolani approbari subligatum Diploma nostrum, per qnod Privilegia, concessiones, et gratias eis concessas ab Illnstrissimo quoudam Francisco secundo Mediolani Duce, et confirmatas ab Invictissimo quondam Carolo Quinto Imperatore Genitore nostro collendissimo, nos qnoqne confirmavimus, et quatenus opus fit, de novo concessimus, quatenus tamen in earum possessione fuernnt, et sunt. Lit-

teras ab Illustri nostro Locum Tenente lapsum anni tollentes impetrarunt, et ipsam approbationem nunc petierunt. Fiscus itaque noster praedictis omnibus visis, respondit, nil novi nunc agi, et propterea se remittere, modo serventur conditiones, seu restrictiones appositae in approbationibus factis tum a Senatu Ducali anno 1525, tum a Senatu Imperiali anno 1544; Deinde audito uno spectabili Senatorum ea omnia refferente, cunctisque perpensis, Senatus memoratum Diploma nostrum approbavit et confirmavit quo ad contenta, tantum in approbationibus supra narratis annorum 1525 et 1244, ac sub qualitatibus in eis contentis. Quam Senatus Sententiam Nos pariter laudantes mandamus omnibus ad quos spectat et spectabit, ut illud sic approbatum servent, et servari curent. In quorum fidem praesentes nostro Sigillo munitos fieri, et registrari jussimus. Dat. Mediolani decimo Julii 1582 etc.

Signat. Landrianus.

Et Sigillat. etc.

A tergo 1585 die vigesima secunda Junii.

Registrat. in Libro Rubeo registri Patentium Regiarum Ducalium Camerae extraordinariae Status Mediolani existen. paenes me rationatorem infrascriptum in fol. 146.

Subscript. Joannes Baptista Albergonus etc.

In Angulo suprascripti Privilegj, seu Regii Diplomatis.

1620 Die ultimo Maij.

Horum privilegiorum Illustrissimi, et Excellentissimi Ducis Francisci Sfortiae, et Invictissimi Caroli Quinti Imperatoris, ac Potentissimi Regis Philippi, eorumque approbationem exemplum collectionatum cum originalibus et authenticis, petentibus agentibus pro hac Valle Ossulae, authenticavit sua Subcriptione Egregius Joannes Antonius Marchesonius a Secretis Senatus, et restitutis Originalibus ipsis cum exemplo sic ut supra authenticato alterum eorumdem exemplum concordatum quoque, et sua subscriptione munitum inter acta sua servavit. Ita ut casu, quo omnia privilegia perirent, ex actis dicte D. Secretarii omnia possint haberi etc.

Subscript. I. C. Joannes Capis subscripsit.

In quibus Regio Diplomate, et interinatione, seu approbatione a Senatu facta unitim connexis, cum tribus bindellis sericeis coloris albi, rubei, et flavi pendebat Sigillum Regium, quod de est.

DOCUMENTO N.° 17.

Ricorso degli Ossolani, e decreto favorevole per l'alloggio militare, in in data 17 Novembre 1610. (Dagli Atti stampati relativi a tale alloggio e possednti dall'Autore).

Illustriss., ed Eccellentiss. Signore.

Non deve alcnno maravigliarsi, anzi haver per iscnsati li fed. ser. di S M. e de suoi Ill. Ministri gli huomini della giurisdittione de Duomo d'Ossola posta nell'ultima parte di questo stato, et alle Frontiore tra esso stato, et Vallegiani, come ognuno sa, se tanto si dogliono, et esclamano per alloggiamento de soldati ivi mandati ad alloggiare, non havendo in consideratione la miserabil qualità et sterilità naturale di qnella Patria; Perchè più che notorio, che non vi è villa che sia fabbricata in piano, ma tutte alle montagne, non ville raccolte, ma in villette di pochi fuochi, et case sparse in diversi lnoghi, fuori che l'infelice Borgo di Duomo principal luogo di detta giurisditione che pur non fa cento fuochi incirca; Quali per lo più sono poveri, et miserabili habitata da cinque parti, le quattro, et più da forestieri venuti ivi ad habitarci da pochi anni in quà, allettati solo dal mercato, che ivi si fa ogni Sabbato, parte ad esercitare qualche debil arte, et parte lavoratori, che non possedono alcuni stabili; li vicini vecchj ivi habitanti sono familie ventisei incirca, dei quali moltissimi minori, vedove, et miserabili; parte che già havevano qualche poche terre, hora tutte sommerse da quello rapace fiume Bogna, che scorre alle mura di detto Borgo, che li ha destrntto affatto tutto il territorio di esso, come è notorio, et che a occhio si vede, a talchè si riduce in sei o sette famiglie, che si può dire haver da vivere, essercitandosi però con qualche arte industriosa. La qnalità del Paese in genere cioè la posta in piano, è tutta sottoposta a rovine, et innondationi di acque, quelli che sono alla montagna sono campelli non di pertiche, ma di tavole, fatti a palmo per palmo con industria, et arte, et sudore dei habitanti tutti sostentati da muri fabricati a mano, quali quando vien pioggia impetuosa per il più rovinano, et la terra cala al basso, di modo chi li vuol godere bisogna di novo fabricar li muri et portarvi con spallo altra terra, et per la modicità, non si possono

araro con buovi nò altri animali, ma huomini, e donne a guisa di animali tirano. Gli altri poi por la penuria de' feni sono forzati al tempo dell'estate per pascere la invernata le bestie, che tongono per viver loro, che vadino por sassi, et luoghi precipitosi, con sacchi attaccati al collo per segar herba, et portarla a casa (cosa inandita) dal cho segue, che moltissimi ogni anno precipitano et muoiono, come dalli libri Criminali di quell'Officio si può vedere Si sa ancora, che per quanto raccolto de grani si possa fare in detta patria, non si raccoglie grani per vivere tre mesi dell'anno. E ancora vero, che in occasione di sospetto di pesta, che sposso accadono nelli paesi oltramontani, tocca a poveri supplicanti per custodia di tutto lo stato, a loro spese mantenere guardie a molti passi, per li quali si può entrar nello stato. In oltre si sa che quando li inimici oltramontani hanno tentato di entrare a violontare questo stato, gli precessori de' supplicanti sono stati prontissimi a resisterli, et a farne strage, del che ancora se ne fa memoria in quelle parti ogni anno, al che in simili casi, dai quali il Signor Iddio ci guardi sono prontissimi: Per quali ragioni, et per la fedeltà loro sono stati, et sono preservati esenti da ogni sorte di soldati, e da ogni carichi ordinarij, e straordinarij, pagando solo per il censo Regio lire 466 l'anno, come dalli libri Camerali si può vedere et tutte queste cose, in virtù doi privilegi da tutti li Duchi di questo stato continuati dall'anno 1422 in quà, sin al tempo del Potentissimo Filippo II Re, et Duca di Milano che sia in gloria, inclusive, quali bisognando si esibiranno. E parimenti vero, che li Supplicanti mai non hanno concorso con il Stato, nè col Ducato a pagare alcuni carichi ordinarij, nè straordinarij come sopra. Se adunque li poveri, et miserabili Supplicanti non hanno con che vivere per loro, come sopra, com'è possibile possano pascere Soldati? Et se bene queste ragioni sono state dedotte a ministri, quali hanno autorità di distribuire questi alloggiamenti, non consentono però a sgravar li Supplicanti da questo carico indebito, et insoppertabile, per il che sono sforzati ricorrere alli piedi di V. E. da quale sperano compimento di giustizia, et solleviamento compito da questo carico indebito. Humilmente supplicandola, attese le suddette ragioni comandare a chi spetta, che subito rilevi li Supplicanti da detto carico di allogiamenti de'soldati, et li mandino altrove possano, et sogliano alloggiar, acciocchè essi poveri supplicanti non siano sforzati con loro famiglie abbandonare affatto

la patria, et andare mendicando il vivere per il mondo, che non fu mai mente di S. M. nè si crede di V. E.

Et quando non si voglia credere quanto di sopra si è detto supplicano che per toccare con mano la verità, si mandi a spese de detti Supplicanti visitar detta patria, quanto sia per la sterilità, et qualità del Paese, quanto per li privilegi che si esibiranno, acciò V. E conosca se meritano esser continuati nel loro antico, et immemorabile possesso di esentione, et di non allogiare, et che tratanto siano sgravati dal detto nuovo aggravio a loro insopportabile, come sperano ottenere dalla buona grazia di V. E. Sottoscritto Marco Antonio Silva I. C. et Sindaco del Borgo di Duomo d'Ossola.

Decretato.

1610 il 10 Novembre

Il Commissario Generale informi

1610 addì 17 Novembre.

Dice il Commissario Generale, che è verissimo quanto espongono li Supplicanti a V. E., et per informatione, morita la detta terra di Duomo d'Ossola esser esaudita, perciò potrà l'Eccellenza Vostra, sendo così servita commandare, che si levi la detta Compagnia, et che vadi ad allogiare nel Borgo di Sesia, che potrà sostenere il carico meglio del detto luogo di Duomo, stando che non ha patito travaglio alcuno, come lo ha patito, et patisce del continuo il detto luogo di Duomo per la sterilità del Paese, et innondationi delle acque, rimettendosi nondimeno al prudentissimo giuditio di V. E. alla quale etc. subscript. Cesare Brivio pel Commissario Generale decretat.

En 17 de Novembre 1610

Hagase, come parece al Commissario Generale, con la Rubrica del Segretario Cerezo.

Concorda con l'originale, che resta nell'Offitio del Commissario Generale subscrip. Ambrosio Brivio etc.

DOCUMENTO N.° 18.

Altro ricorso degli Ossolani, ed altro rescritto favorevole in ordine all'alloggiamento militare: in data 29 Novembre 1617. (Dalla Copia stampata).

Ill mo et Eccellentiss. Signore.

V. E. ha da sapere, che nell'ultima parte di questo Stato verso li Svizzeri, et Vallesani, è posta la Valle d'Ossola superiore, tanto montuosa, et sterile, che non produce grano per vivere duoi mesi dell'anno, la dove per lo più non è habitata se non dalle donne, sendo necessitati gli uomini andare in varie parti di Europa a guadagnarsi con qualche debil arte il vivere per se, et per le sue famiglie, alle quali portino qualche sussidio una volta l'anno, la dove attesa la sudetta sterilità, et acciò non restasse dishabitata gli Eccellentiss. SS. Duchi di Milano, et successivamente l'Invitiss. Carlo Quinto, et S. M. Cattolica, et li suoi Ministri di questa Città hanno sempre esentuato detta Ossola superiore da tutte le gravezze straordinarie, et ordinarie, et l'hanno dichiarata inhabile a sopportare gli alloggiamenti de' soldati, come appare da privilegi, sentenze, et finalmente da una dichiarazione fatta dal sig Conte di Salves l'anno 1610. Tuttavia la sudetta Ossola superiore da alcuni anni in qua, è stata gravata da otto alloggiamenti de soldati di tutte le nazioni sempre a discarico della quota del Ducato di Milano, dal quale nè d'altra parte detta Ossola superiore non ha mai potuto havere un minimo restauro per detti alloggiamenti, et soccorsi, che ascendono alla somma de otto mille scudi in circa, se bene il resto dello stato, per uguaglianza, o per sovventione habbia avuto ben spesso buona somma di denari, si che vedendosi detta Ossola superiore invece di essere esentuata di peggior conditione delli altri, et sendo in tal maniera indebitata, che non ha più denari, nè credito, et se seguisse nuovo alloggiamento de soldati, che restaria al sicuro dishabitata, perciò li Sindaci di quella fed. ser. di V. E. ricorrono alli suoi piedi.

Humilmente supplicandola che attesi detti Privilegi, et dichiarationi, et attesa la sterilità, et impossibilità di detta Ossola superiore, in supportar più alloggiamenti di soldati, et acciò possino pagare in parte

li debiti, causati per alloggiamenti passati, sia servita di ordinare al sig Commissario Generale, o a chi spetta, che non aggravino più detta Ossola superiore de alloggi do Soldati, massimo a discarico di alcune terre, et Giurisditioni dol Ducato, le quali sebbeno habbino obbligatione, et possibilità di alloggiaro, tuttavia non hanno mai avuto alloggio de soldati, come è più che notorio, ot per essor la dimanda giusta, si spera. Subscrip. Gioanni Capis, et Antonio Salario Sindici dell'Ossola Superiore. A tergo Memoriale della Valle dell'Ossola Superiore a S. E. Decretato.

1617 li 29 Novembre.

Il Commissario Generale servi gli ordini recitati, ot havendo cosa in contrario riferisca col suo parore. Signat. Proveria Concorda coll'Originale prosentato in questo Offitio del sig. Commissario Generale dell'esercito. Subscripto Zaccaria Pratiui etc.

DOCUMENTO N.° 19.

Conferma dei Privilegi accordati agli Ossolani dal Duca Francesco Secondo Sforza il 16 *Giugno* 1523 *fatta dal Re Filippo Terzo li* 11 *Novembre* 1620, *ed interinata dal Senato di Milano il* 18 *Marzo* 1621. (Dal volume stampato dei Privilegi dell'Ossola).

Philippus Dei gratia Rex Castellae, Legionis, Aragonum, utriusque Siciliae, Hierusalem, Portugalliae, Navarrae, nec non Indiarum etc. Archidux Austriae, Dux Mediolani, Burgundiae, et Bravantiae, Comes Hapsburg, Flandriae, et Tirolis etc. Recognoscimus, et notum facimus tenore praesentium nuiversis. Expositum nobis fuisse ex parte fidelium nobis diloctorum hominum, ac Communitatis terrae Domus Ossulae Status nostri Mediolanensis sibi ab Illustrissimis quondam Francisco Sfortia Secundo Mediolani Duce concessa, ac ab Invictissimo Carolo Quinto Romanorum Imperatore Avo nostro, a Regeque Philippo Patre, ac Domino, semper collendissimis confirmata fuisse quaedam Privilegia, quorum tenor in huno seguitur modum. (*Vedi i rescritti di Francesco Secondo Sforza di Carlo Quinto, e del Re Filippo registrati in questo libro*). Ideo nobis humiliter supplicando, ut praedicta Privilegia approbare, confirmare, et ratificare diguaremur. Nos attentis supplicantium fidelitate in nosque animi sui affectu observantia,

eorum petitioni in forma communi modo, quo infra annuendum duximus. Tenore igitur praesentium de certa scientia, Regiaque et Ducati auctoritate nostra deliberato, et consulto, ac ex gratia speciali, maturaque, sacri nostri Supremi Consilii accedente deliberatione, et in vim motus proprii, ac omnibus meliori modo, jure, via, causa et forma, quibus melius, validius, et efficatius fieri potest, praefata privilegia, omniaque et singula in eis contenta in omnibus suis punctis, clausulis, articulis, sententiis, et continentiis a prima eorum linea usque ad ultima pro ut jacent de verbo ad verbum, quatenus sunt, et fuerunt in possessione, laudamus, confirmamus, et ratificamus in forma communi, et quatenus opus est de novo concedimus, nostraeque hujusmodi laudationis, approbationis, et ratificationis munimine, seu praesidio roboramus, et validamus Decernentes, et expresse volentes hanc nostram approbationem, confirmationem, et novam concessionem valere, et tenere perpetuam firmitatem, et robur tam in juditio quam extra, et inviolabiliter observari debere, non secus ac si illa omnia ab nobis ipsis ab initio concessa factaque fuissent. Supplentes omnes et quoscumque defectus tam juris, quam facti, et cujuslibet alterius solemnitatis intrinsecae, et extrinsecae a jure vel consuetudine requisitae, si qui forsan in praemissis, aut praemissorum aliquo intervenissent, aut intervenisse dici, aut allegari quoquo modo possint, non obstantibus, quibuscumque legibus, statutis, costitutionibus, atque Decretis Mediolanensis Dominii, et aliis omnibus quibuscumque tam in genere, quam in specie in contrarium facientibus, aut aliam formam dantibus, etiamsi talia essent, de quibus spetialis, et individua mentio his nostris esset facienda, quibus omnibus et singulis, eorum tenores hic pro insertis, et specifice declaratis habere volentes, quatenus huic nostrae approbationi, confirmationi, et ratificationi obstarent, seu ejus executionem quomodolibet impedirent, seu retardarent, hac tantum in parte derogamus, et derogatum esse volumus, et jubemus. Mandantes propterea Illustri Gubernatori nostro praesenti, et futuris, Praesidi et Senatui, Praesidibus, et Magistris, utrinsque Magistratus, Thesaurario quoque nostro generali, caeterisque Officialibus, et subditis nostris Mediolanensis Dominii, ad quos spectat, et spectabit, ut memorata privilegia, ac omnia, et singula in eis contenta, et hanc nostram approbationem, ratificationem, et confirmationem teneant firmiter, et observent, tenerique, et inviolabiliter observari faciant. Sic enim e mente nostra procedit.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc nostrae approbationis, et confirmationis paginam infringere, aut ei quovis ausu temerario contrafacere, vel contravenire sub gravissimae indignationis nostrae paena, ac aliis arbitrio nostro imponendis. Harum testimonio litterarum manu nostra subscriptarum, et sigilli nostri appensione munitarum. Dat. in Domo nostra Regia del Pardo undecima die mensis Novembris anno a Nativitate millesimo sexcentesimo vigesimo.

Signat. Yo el Rey etc.

Ad mandatum Regiae, et Catholicae majestatis proprium.

Subscript. Ludovicus Ortiz de Matienço etc.

Vidit. Comes Denabente

Vidit. Comes . . . . . Regens

Vidit. Caimus Regens

Vidit. Montoija de Cardona Regens

Vidit. Don Petrus Corsettus Regens

Vidit. Carolus de Tapia Regens

Vidit. Don Philippus de Haro Regens

In Privilegium Mediolani 23 fol. 358.

Confirma V. M. en la forma ordinaria los privilegios a qui insertos concedidos ale Comunidad de Domodussula etc.

Et sigillat cum appensione sigilli cum cordulis albi, rubei, et flavi coloris etc.

1621. Die decima Februarii.

Unus ex egregiis Fisci Advocatis videat hoc diploma, et subijciat.

Signat. Belingerius Proveria I. C.

Agitur de interinando Privilegio ex gratia concesso ab Excellentissimo Duce Francisco Secundo, confirmato ab Invictissimo Carolo Quinto, et Philippo Secundo, atque per Senatum approbato, tunc tempore concessionis, quam confirmationum: Cumque nihil in hac postrema confirmatione invictissimi Philippi Tertii innovetur, sed tantum in forma communi approbetur, tamquam rei non semel actae, Fiscus nihil habet quod opponat, modo serventur restrictiones in priori Senatus approbatione commemoratae, et quatenus supplicantes sint in possessione, et sine praejuditio, liti vertentis coram Magistratu Extraordinario circa propositam ab Excellentissimo Duce Feriae nunc huius Dominii Gubernatore ipsius Communitatis infendationem duodecimo Februarii 1621.

Subscript. Joannes Ruiz Delagnna etc.

Philippus Tertius Dei gratia Hispaniarum, utriusque Siciliae etc. Rex, et Mediolani Dux secundus etc. Petita a Senatu nostro Mediolani nomine Communis, et Hominum Domus Ossulae approbatione annexi Diplomatis, quo Privilegia, concessiones et gratias illis concessas ab Illustrissimo quondam Francisco Sfortia Secundo Mediolani Duce, et confirmatas ab invictissimis Carolo Quinto, et Philippo Secundo, Avo, et Genitore nostris gloriosissimae memoriae. Nos quoque, quatenus sunt, ac fuerunt in possessione, laudavimus, ratificavimus, in forma communi, et si opus est, de novo concessimus; priusquam quicquam de petita approbatione deliberamus, Diploma ipsum, simnl cum eis confirmationibus uni ex egregiis Advocatis Fiscalibns nostris de moro inspiciendum tradi jussimns, ut opponeret, si qnld haberet in contrarium, qui cum se remiserit, modo serventur restrictiones in priori Senatus approbatione commemoratae, et quatenus supplicantes sint in possessione, sineque praejuditio litis vertentis coram Magistratu extraordinario circa propositam ab Illustre Locum tenente nostro ipsius loci Infeudationem: Senatusque noster, audito uno ex Spectabilibus Senatoribus omnia referente, censuerit ipsum Diploma servatis praedictis restrictionibns, et quatenus supplicantes sint in possessione, et sino praejuditio dictae litis coram Magistratu pendentis, approbandnm. Nos ipsius Ordinis sententiam laudantes, illud sic approbamus, et confirmamus, mandamusque omnibus ad quos spectat, et spectabit, ut ipsum Diploma a nobis, ut snpra approbatum servent, et servari faciant. In quorum fidem praesentes Sigillo nostro mnnitas fieri, et registrari jussimus. Mediolani die decima octava Martii 1621.

Signat. Belingerius Proveria I. C.

Et sigillat. etc.

DOCUMENTO N.° 20.

Regia approvazione della transazione fatta dall'Ossola colla R a Ducal Camera per la perpetua esenzione dagli alloggiamenti de Soldati, e dipendenti: in data 24 Novembre 1656. (Da una Copia stampata).

Philippus Dei gratia Rex Castellae, Legionis, Aragonum, utriusquo Siciliao, Hierusalem, Portugalliae, Navarrae, nec non Indiarum etc.

Archidux Austriae, Dux Mediolani, Burgundiae, et Brabantiae, Comes Habspurgh, Flandria, et Tirolis, etc. Recognoscimus, et notum facimus tenore praesentium universis. Exhibitum nobis fuisse, ex parte Communitatis, et hominum Domus Ossulae, et Illius jurisdictionis, libellum supplicem, cujus tenor sequitur in hunc modum.

Item qui vidit binas comparitiones factas sub die vigesimo secundo ejusdem mensis Septembris dicti anui millesimi sexcentesimi quarti mane, unam scilicet per Oldericum Silvettum, alteram vero per Jacobum Trivellam, uti Sindicos et Procuratores Consulum Communitatis, et Hominum dictae Jurisdictionis in termino Citationis ad eorum instantiam inthimatae.

Item qui vidit Instrumenta Sindicatuum, seu mandatorum factorum in dictos Silvettum, et Trivellam, unum sub decimo nono ejusdem mensis Septembris rogat. a Joanne Maria Ferraris ibidem Notario, aliud vero rogat. a Petro Garbellotto die vigesimo ejusdem mensis, aliud autem rogatum a Johanne Leonardo eodem die, et aliud a Joanne Baptista Trivello die vigesimo primo ejusdem mensis in causa producta.

Item qui vidit Litteras Magistrales scriptas Pretori Domus Ossulae sub die quinto Novembris Millesimi sexcentesimi quarti cum Litteris responsionis ejusdem Praetoris.

Item qui vidit aliam comparitionem factam per dictum Silvettum nomine quo supra, citatis Regiis Fiscalibus et Notificante sub die sexto Novembris Millesimi sexcentesimo quarti tenoris sequentis videlicet.

Millesimo sexcentesimo quarto die Sabbati sexto Novembris in tertiis.

Coram Illustri Magistratu Regiorum Redditnum extraordinariorum Status Mediolani.

Comparet Oldericus Silvettus Causidicus, Sindicus et Procurator Consulum et Hominum Communitatis Domus Ossulae per Instrumentum in causa productum Salvis etc. in termino citationis transmissae dd. Fiscalibus Regiis, ac Francisco Bossio asserto notificante, tenoris ut ea datam et occasione, via etc. in causa assertae notificationis factae per dictum Bossium contra ipsos Homines coram praefato Ill. Magistratu sub die quarto Septembris proxime praeteriti, ad quam in praeiuditialibus habeantur relatio, et in quacumque lite vertente inter ipsas Partes ea de causa, non recedendo tamen ab aliis hactenus dictis et factis etc. sed etc. et itaque etc. et non aliter etc. salvis tamen

quibuscumquo aliis juribus et exceptionibus ipsis Hominibus competentibus, et non aliter etc. cum aliter etc.

Dicit comparens ipse, nomine quo supra, ab audiendum esse Fisci petitionem contra ipsos Ossulanos factam ex pluribus tam in jure, quam in facto ipso resultantibus, et primo: quia, salvis aliis, non constat de assertis narratis in asserta notificatione, et ubi etc. et dicit obstare quod asserta petitio est sibi ipsi contraria quandoquidem praetendat ipsos Ossulanos possidere et tenere Officium Notariae rerum civilium et criminalium ipsius Officii absque legittimo titulo seu privilegio, et propterea eos privare ipsis juribus eligendi notarios et percipiendi pretensos redditus de quibus fit mentio in asserta petitione, ex quibus si quos percipiunt id factum fuit et fit vigore ordinum particularium ipsius comunitatis approbatorum per Ill. Olim Duces hujus Status Mediolani, et quidem ultra centum, et ducentum annos continuos, sicuti, si expedietur, opportune suis loco et tempore probabitur. Mox praetendit illos teneri ad solutionem annatarum impositarum annis millesimi quingentesimi quadragesimi secundi, exagesimi, et nonagesimi tertii, quia praetensio annatae prae supponit titulum seu privilegium validum et legitimum quae simul stare non possunt juribus vulgaribus, quocirca Fiscus ipse in primis et ante omnia tenetur declarare utrum praefatarum actionum eligere velit, pro ut in primis et omnia petit fieri, ut homines ipsi certi reddantur qua actione sit agendum, et ita possint opportune respondere, vel sint parati docere de juribus suis in utroque casu, quia si primae actioni insistere volunt respondebit, nullum jus competiisse, nec competere Fisco in dictis juribus Notificatis rationibus et causis ex jure et facto ipso resultantibus, scilicet quia eis potiuntur vigore jurium propriorum ipsius communitatis praecipue ordinum ultra annos ducentum factorum, et ab Ill. et Excell. olim hujus Status Ducibus confirmatorum, Invictissimo Carlo Quinto Romanorum Imperatore, nec non a Potentissimo Philippo nunquam delendae memoriae Hispaniarum Rege approbatorum, qui ordines vel aliis juribus producuntur in solis partibus, et cum oblatione copiae etc. cum dimissione quorum praecipiendorum longeva et immemorabili, et ultra annos centum possessione, quiete et pacifica dicti homines fuerunt et sunt, et in ea ipsos homines fuisse et esse manutenendos pro ut se se manutenendum petunt in dicta eorum longeva, antiqua, et immemorabili possessione

eligendi Notarium de eo officio ad eorum libitum deponendi pro ut hactenus factum fuit, et de praesenti fit, et si quando fuit contradictum Ordinibus ipsius Communitatis Fiscus succubuit, apparenti ordinatione Magistrali facta inter homines ipsos, et Fiscum Regium anno millesimo quingentesimo sexagesimo primo, octavo Febbruarii, quae producuntur subscripta a Nicolao Oldano tunc praefati Ill. Magistratus Cancellario, et aliis rationibus suis locis dicendis, docendis, producendis et probandis si expedierit.

Ubi vero insistere velit super solutione Annatarum eo in casu etc. dicit Fiscum nihil posse praetendere, cum ipsi homines fuerunt et sint, et vigore jurium suorum in possessione immemorabili, quieta, et pacifica nullam annatam, nec alia onera persolvendi praeter Censum Regium, qui est librarum quattuor centum quadraginta quinque, vel circa, Imperialium singulo anno, ut etiam colligitur ex libris Camerae Regiae etiam ab anno millesimo quingentesimo citra, in quibus non comperietur ipsos homines esse inscriptos pro debitoribus praefatae Camerae ex causa alicujus Annatae, nec aliquorum onerum realium, sive personalium, quae ab hominibus aliarum Regionum hujus status persoluta fuerunt, et solvuntur, praeter Censum praedictum, ut apparet ex fido Caesanae Rationatoris Camerae penes quem extant libri impositionis talis annatae, et aliorum onerum, et proinde etiam superiori anno fuerunt absoluti a solutione extimi rerum mercantilium, mensualis et aliorum inde dependentium, ut patet ex ordinatione facta de anno millesimo sexcentesimo tertio die vigesimo tertio Aprilis, quae pariter exhibetur in solis partibus etc. vel oblatione copiae etc. et cum dimissione, et salvo jure etc., et ita veniunt absolvendi a solutione dictarum annatarum, immo manutenendi in possessione praedicta non solvendi dictas annatas impositas, et in futurum imponendas, et in effectu absolvendi veniunt pro ut petunt absolvi omni meliori modo a petitis per Fiscum Regium, et per eum notificantem in omnibus expensis, damnis, et interesse, et duplicatis de quibus protestant, quia sic de jure etc. aliter etc. et praedicta replicat etc. deduceus etc. salvo jure etc.

Respectu autem capitis dictae notificationis datii panis, vini, et carnium, et imbottatus dicit, semper salvis ut supra, dictam assertam notificationem magis reddi calumniosam quoniam ibidem nullum ex prae-

dictis unquam impositum fuit, nec extractum datium, nisi concessum vigore dictorum ordinum.

Quo vero ad stateram Communitatis dicit, paritor semper salvis ut supra, nullum datium revera dici posse impositum fuisse, nec esso, et ubi comperiatur aliquid exigi, hoc ideo est occasione occupatoris illius qui inservit dictae Staterae pro benefitio publico, et non est qui ignoret has stateras manuteneri a communitatibus ad tollendas fraudes et communi vocabulo nuncupantur Staterae communitatis, ut et in praesenti civitate, et aliis locis fit, et notorium est, et pro dicta Communitate extant Ordines, et consuetudines etiam confirmati, qui et exhibentur cum oblatione copiae in solis partibus etc.

E quibus et aliis latius suis loco et tempore, si opportuerit, deducentur praevia tamen electione actionis de qua supra per Fiscum faciendа, et fundata prius ejusdem Regii Fisci intentione, petit absolvi a petitis ut supra, et declarari nullum jus dicto Fisco competiisse, neo competere non solum modo praedicto, sed etc. et alias omnibus meliori modo etc. deducens etc. non se etc. salvo jure etc. et pro ut latius etc: —:

Item qui vidit praeces porrectas nomine dictorum Consulum, communitatum, et hominum Domus Ossolae praefato Ill. Magistratu cum termino unius mensis ipsis hominibus statuto ad probandum et sibi incumbentia faciendum in dicta causa effectus ut in eo sub die decimo quinto Novembris millesimi sexcentesimi quarti.

Item qui vidit aliam citationem Regiis Fiscalibus, et Bossio notificante transmissam ad instantiam Procuratoris dictorum Communium et hominum sub die octavo Jannuarii millesimi sexcentesimi quinti cum termino comparendi sub die undecima ejusdem mensis, cum relatione inthimationis, et ut in ea etc.

Item qui vidit comparitionem, et jurium, ac Instrumentorum, Privilegiorum, Ordinum, declarationum, et aliarum scripturarum productionem factam per dictum Silvettum nomine quo supra sub eadem die Martis undecimo dicti mensis Jannuarii proxime praeteriti in tertiis cujus tenor talis est videlicet: =

Millesimo sexcentesimo quinto die Martis undecimo mensis Jannuarii in tertiis:

Coram Ill. Magistratu Regiorum Ducalium Redditnum extraordinariorum Status Mediolani:

Comparet Uldericus Silvettus causidicus Sindicus et Procurator communitatis et hominum Domus Ossolae per instrumentum exhibitum, et quod de novo exhibetur, causa, et occasione, ac in termino citationis, ut dicto, factae coram praefato Ill. Magistratu per Franciscum Bossium in praejuditium dictae Communitatis, et hominum assertus effectus pro ut latius in ea etc. ad quam citra tamen asservationem etc. nec non et causa et occasione ac in termino citationis ad ejus comparentis modo quo supra instantiam inthimatae Regio Fisco, atquo ipsi notificanti effectus ad videndum fieri infrascripta omnia, et singula, et ut latius in ea citatione ad quam etc. et occasione etc. et dicit semper salvis etc. et maxime cum resservationibus, et protestationibus suis de quibus in actis etc. de nullitate et iniquitate etc. dictae assertae notificationi, et omnium etc. dictamque assertam notificationem non potuisse fieri etc. et nullum posse neque debere sortiri effectum in praejuditium praefatorum Principalium, et jurium suorum etc., et maxime Rebus restantibus pro ut stant. Item quia non constat de assertis ex adverso prae suppositis saltem legittime, et eo asserto modo quo etc. et ubi etc. quod non creditur etc. obstant privilegia, confirmationes, ordines, et jura, ac instrumenta de quibus infra, obstantque multa alia in jure, et in facto militantia, latius si opportuerit deducenda, et alleganda, et tale quid propter quod etc, ex quibus praefatus Comparens, dictis nominibus, petit praefato Notificanti repulsam dari et per praefatum Ill. Magistratum sua sententia diffinitiva, et aliis omnibus modis declarari nullum jus competiisse, neque competere Regio Fisco, et ita praefatum comparentem dictis nominibus, seu dictos ejus Principales absolvendos esse, et absolvi debere ab omnibus, et singulis in dicta asserta notificatione contentis, et per praefatum notificantem, et seu Regium Fiscum praetensis, una semper cum condemnatione ipsius notificantis in duplicatis expensis, damnis, et interesse, de quibus fit solemnis protestatio etc, et praedicta petit non solum modo etc. quo supra, sed et aliis omnibus meliori modo etc. deducens etc. non se etc., salvo jure etc. et ut latius etc.:

Et ad effectum etc. producit ibidem dicta omnia jura sua etc. in solis partibus etc. cum oblatione copiae salvo jure etc. et pro ut latius etc.

Quae quidem jura quae nunc dimmittuntur sunt ista videlicet.

Primo privilegium concessum hominibus Domus Ossolae et Curiae Mattarellae per Ill. D. Bonam. et Joannem Galealium Duces Mediolani vigesimo primo Julii millesimi quadringentesimi septnagesimi septimi in quo leguntur inter alia verba praecisa, videlicet: *Item quod liceat hominibus Curiae Mattarellae ac possint ipsi homines eligere Notarium Curiae praefatae quem voluerint pro ut hactenus fecerunt: responsio: Concedimus dummodo eligant personam idoneam.* Signat. A. Ex quo colligitur non solum concessam fuisse facultatem ipsis hominibus eligendi Notarios, sed demonstrat etiam fuisse in possessione eligendi, et pro ut in ea etc.

Item aliud privilegium ipsis hominibus concessum per Ill. DD. Ludovicum Mariam Sfortiam sub die ultimo Febbruarii millesimi quadringentesimi nonagesimi quinti, in quo et in sexta pagina fit mentio de facultate concessa ipsis hominibus eligendi Notarium ut supra. Sub littera B.

Item litterae Ill.mi Ducis Francisci secundi Sfortiae datae ad homines Domus Ossolae die vigesimo tertio Maj millesimi quingentesimi vigesimi quarti, in quibus annuit electionem Notarii rerum civilium et criminalium banci Curiae Mattarellae spectare ad ipsos homines, non autem S. E. Sub littera C.

Item aliud privilegium per prelibatum Ill. Ducem Franciscum eisdem hominibus concessum sub die octavo Julii millesimi quingentesimi trigesimi primi in quo et habentur haec verba, videlicet: *Octavo che la eletione del Nodaro della banca di detta Corte di Mattarella, la quale per li huomini e conseglio di detta Corte è solita esser fatta sia osservata, e confirmata: Responsio: quod hactenus servatum est id et in futurum servari volumus.* Sub littera D.

Item aliud privilegium praelibati Ill. Ducis Francisci concessum ut supra die decimo sexto Junii millesimi quingentesimi vigesimi tertii per quod confirmantur inter alias omnes consuetudines alias sibi concessae, cum approbatione Senatus Ex.mi sub die ultimo Augusti millesimi quingentesimi vigesimi quinti:

Item aliud Privilegium per Invictissimum Carolum Quintum Romanorum Imperatorem et Ducem Mediolani concessum ut supra sub die vigesimo nono Augusti millesimi quingentesimi quadragesimi primi cum approbatione Senatus Ex.mi sub die decimo tertio Maj millesimi quingentesimi quadragesimi quarti:

Item aliud Privilegium concessum per potentissimum Philippum Secundum Hispaniarum Regem, Mediolanique Ducem hominibus praefatis die octavo Novembris millesimi quingentesimi septuagesimi noni cum approbatione ejusdem facta per Senatum Ex.mum die decimo Julii millesimi quingentesimi octuagesimi secundi; quae omnia privilegia simul iniuncta sunt sub littera E.

Et haec omnia ad demonstrandum de legitimo titulo ipsorum Ossulentium eligendi dictos Notarios

Ad demonstrandum vero ipsos homines fuisse, et esse in longeva possessione eligendi dictos, et eos solere eligere Notarios ad serviendum ipsi Officio Notariatus producuntur infrascripta jura et instrumenta videlicet.... *Ommittitur longa Instrumentorum electionis enumeratio tamquam nullius momenti*: Et haec ad demonstrandum jus et actionem quo et quam habent et praetendunt ipsi Ossulani eligendi Notarios ad inserviendum ipsi banco cum titulis praenarratis quae sufficere debent ad inducendum M. Ill. Magistratum ad declarandum nullum jus, nullamque actionem competiisse aut competere Fisco Regio in dicto Notariatu, et facultate eligendi Notarios ad illi inserviendum, et ad condemnandum notificantem in expensis etc. de quibus etc.

Quod autem attinet ad praetensa datia Panis, Vini, et Carnium et Imbottaturae, nec non et Annatarum impositarum annis 1542, 1560, et 1593 de quibus habetur mentio in asserto notificatu dicitur ipsam notificationem reddi temerariam dum agitur de praetenso datio vini, panis, et carnium, quando quidem nullum datium ex ipsis rebus percipitur, et si Fiscus, vel Notificans contrarium praetendunt sua interest probare juxta juris regulam, quod qui dicit probare debet.

Verum et dici potest ipsam communitatem Burgi Domi percipere aliquos redditus annuos ex terradigo ipsius Burgi, ex manutentione staterarum, et mensurarum, qui redditus consumuntur in manutenendis pontibus super flumine Boniae, et levatoriis ipsius Burgi, Phisici, et ludi magistri pro bono pubblico, sicut notorium est, producuntur jura infrascripta, videlicet.

Primo, ordines per ipsius Communitatis homines conditi usque de anno 1425 24 Septembris confirmati per tunc Ill.mos Duces Mediolani anno 1429 decimo quarto Januarii, et anno 1454 decimo octavo Augusti, quorum ordinum et confirmationum exemplum exhibetur extractum, et subscriptum a Jo. Jacobo Marello Ibidem Notario signat zzz.

Et hoc ad demonstrandum praemissa eis licere, imo necessaria est pro bono pubblico.

Ultra quod dici potest id fuisse permissum et concessum vigore praenarratorum privilegiorum per quae approbantur omnia privilegia, ordines, constitutiones, statuta, indemnitates, exemptiones, consuetudines, et alia inde retro donata et concessa, ut in spetie habetur in privilegio Ill. Ducis Francisci Secundi edito sub die decimo sexto Junii 1523; quae omnia approbata fuere, et denuo concessa per invictissimum Carolum Quintum sub his verbis: *Capitula omnia superius commemorata concessa per praefatum Ill. Ducem Franciscum ut supra per nos visaque hic pro sufficienter expressa ac si de verbo ad verbum inserta fuissent haberi volumus, in omnibus suis clausulis, punctis, articulis, et sententiis approbamus et confirmamus supplentes omni defectui*, ut ex ipso diplomate legere est.

Quae omnia confirmata fuere a praelibato potentissimo Philippo secundo nunquam delendae memoriae Rege Hispaniarum, et Duce Mediolani sub his verbis: *tenore igitur praesentium de certa scientia, Regiaque et Ducali autoritate nostra deliberate, et consulto ac ex gratia speciali maturaque Sacri Nostri Supremi Consilii accedente deliberatione praefata privilegia, concessiones, et gratias Genitoris Nostri confirmationem in omnibus suis punctis, clausulis, articulis, sententiis, et continentiis de Verbo ad verbum ut iacent approbamus, confirmamus ratificamus, et quatenus opus sit denuo concedimus*: ut ex eo privilegio logitur supra producto.

Ex quibus dubitari non potest quin ipsa asserta notificatio reddatur omnino calumniosa, cum asseruerit Notificans homines ipsos ullo absque titolo, vel privilegio percipere, et possidere ipsos redditus, qui et vigore litterarum praefati Ill. Ducis Francisci secundi datarum sub die decimo septimo Martii 1534 per quas affirmat ipse Ill. Dux ipsos redditus esse proprios hominum ipsius communitatis, quibus et concedit facultatem illa dupplicandi durante temporum necessitate recensita in praecibus ipsorum hominum, super quibus ipsae litterae quae producuntur datae fuerunt signat ✠ .

Pro praedictorum confirmatione producitur ordinatio facta per Ill. Magistratum intratarum Status Mediolani in causa tunc vertente inter Fiscum Regium ex una et dictos Consules et homines ipsius communitatis ex altera virtute privilegiorum supra recensitorum, et in causa

ipsa productorum per quam declaratum fuit dictam Communitatem, et homines, et eorum fidejussores a petitis per ipsum Fiscum esso absolvendos, et de cetero praedicta de causa non osse molestandos, dat. Modiolani sub dio octavo Febbruarii 1562 quae paritor producitur sub littera qqq.

Item fidom factam por Franciscum Cavesanam Rationatorom Camorae Reglae per quam apparet ex libris Cameralibus ipsos homines nunquam fuisse in possessiono solvendi similes annatas, sed ipsos esse oxemptos ab oa solutione tamquam onus extraordinarium, et ut ex oa legitur dat. Mediolani sub die vigesimo quarto Septembris 1604 Signat ggg.

Item ordinationem factam per Ill. Magistratum Ordinariorum Status Mediolani sub die vigesimo tertio Aprilis 1602, in questiono versa inter bomines ipsius Communitatis, et Sindicos Communitatis sen Ducatus Modiolani super solutiono extimi mercium per quam ipsi homines vigore dictorum privitegiorum fuerunt absoluti a petitione dictorum Sindicorum: dat. sub die vigesimo tertio Aprilis 1602. Signat sub littera RRR.=

Item qui vidit exceptiones factas, et propositas per dictum Bossium notificantem et pro interesso Regii Fisci contra dictam comparitionem ac jura, et instrumenta in actis producta quarum omnium tenor sequitur, videlicet:

= Praesento praefato Francisco Bossio Notificante et pro interesso Fisci Regii, salvis etc. accoptante ex adverso dicta, facta, et producta in partibus favorabilibus Fisco et sibi tantum et tanquam judicialis, et irrevocabilis concessionis, in coctoro vero dissentiente, sed salvis quibuscunque exceptionibus etiam generalibus tam nullitatis quam attero, dicente asserta jura, sen privilegia ex adverso producta non rellevare, nec intentionom Fisci elidero, ut inferius singillatim habebitur.

Nam primo asserta privilegia ut dicitur concessa dictae Communitati eligendi Notarium, et alia jura proinde oxhibita non probant, quia non sunt in formam authenticam et fidem facientem, et ubi probaront quod negat, aliqua concessio ex ois legitime non resultat praedicta electiono Notarii, quia precipuo a principio suppositum fuit Ill. Ducibus quod talis electio solebat fieri ab oadem communitate ut ex verbis asserti privilegii anni 1477 et ideo quaecumque concessio dicitur

facta snpposita asserta tunc temporis possessione, et consuetudine pro ut idem ex assertis aliis concessionibus colligi posset, immo in approbatione facta per quondam potentissimum Regem Philippum expresse legitur conditio; dummodo scilicet fuerint et sint in possessione, et sic requiritur possessio ante assertam primam concessionem, et assertae approbationis factae a Senatu sunt restrictivae, nempe de donatis et concessis per Ill. Praedecessores, et quidem legittime intelligendum est:

Praedictae autem electiones Notariorum, et alia presentata acta non probant assertam possessionem, et consuetudinem, maxime temporis praecedentis, nempe ante annum 1477. quoniam Ill. Principes snpposuerint assertam possessionem et consuetudinem descendisse ad eas concessiones, et corruente principali corruit et accessorium, quia quidquid exinde secutum fuit, id omne fuit contemplatione assertae primae concessionis. Nec refragatur Advorsantibus asserta Ordinatio Senatus, quia non praeiudicat tertio in ea nominato, nec audito, et maxime Fisco, qui in causa non fuit, et quatenus dici posset electionem Notarii spectare adversariis non tamen ex hoc inferri potest nec debet quod datium seu gabella aut emolumontum quod percipitur ex Notaria eis spectet; concessiones stricte intelligendae sunt, et proptorea dicendum est electionem Notarii, seu datium Notariae spectare Fisco cum emolumentis et pro ut jam praetensum fuit, et ita fieri petitur et ubi dici posset Fiscum jus non habere in dicto Notariatu, sed electionem, et datium ac emolumentum eiusdem spectare eidem communitati virtute concessionum sibi factarum, quod negatur, eo saltem casu dictam communitatem teneri et cogendam esse ad solvendum annatas praeteritas cum quadruplo, cum dictae assertae concessiones non sint onerosae sed gratuitae, et quia dicti Adversantes satis notabile emolumentum perceperunt, et percipiunt, ut ex electionibus et investituris factis in Ascanium Borellam, et in Antonium Pattaronum apparet:

Respectu autem assertis datiorum bladorum, vini, staterae, et mercantiarum de quibus in assertis adversariis statutis clarum est illorum impositionem spectare Principi, nec illa Adversantes statuere, et imponere minime potuerunt in eorum assertis statutis; nec relevant assertae confirmationes, quia illae se restringunt ad donata et concessa per Ill. Principes ut supra, non autem se extendunt ad talia datia

imposita ab eisdem Adversantibus, et omni in casu supposita fuit possessio, et consuetudo; immo in eisdem assertis statutis in capite 87. expresse legitur, ut circa datia servetur solitum, cum ergo de asserto solito tempore conditorum statutorum et antea non doceatur certam probationem non facient; ultra quod eorum statutorum multatio, correctio et emendatio, additio, et diminutio, ac declaratio, et interpretatio Superiori reservata est; sed quos plus asserta datia dupplicata videntur virtute assertarum Litterarum Ducis Francisci diei decimi septimi Martii 1534; quae Litterae ultra alias obiectiones duas habent principales conditiones, altera scilicet ut interverirent executioni, altera quod talia onera non durarent nisi pro eo tempore, quo vigeret indigentia reparationis aquae Bogiae, nec pecuniae pervenientes ex ipsis oneribus possent in alium usum destinari, ut ex ipsis Litteris; et propterea dicta datia vel saltem auctionem ipsam spectare Fisco cum emolumentis proinde perceptis, attentis praedictis, et maxime quia in exequendo narrata et concessa non intervenit Praetor, et quia non constat de necessitate seu indigentia expensae in asserta causa destinatae, et quod illa facta fuerit, et in ea quantitate; nec iuvat allegare expensam Phisici, et Magistri, quia ultra quod non constat, et illa non est facienda nec accipienda ex talibus oneribus, et datiis sic expresse repugnante voluntate Principis ut supra:

Respecto vero datii Imbottatus, panis, vini, et carnium non iuvat allegare ea non adesse, et nihil percipi, quia satis constat Adversarios percipere, et emolumentum sentire ex non solutione; nam clarum est quod omnes tenentur versus Cameram ad datium imbotatus, et ad datium panis, vini, et carnium; cum ergo Adversantes ea datia solvere deberent nec solvant dicendum est tale utile sentire absque legitimo titulo, cum nec alia non praesumuntur concessa nec sub aliqua concessione comprehenduntur nisi specialis mentio facta sit, et ideo dicta communitas, et homines teneri versus Cameram ad solutionem datii imbotatus, et panis, vini, et carnium tam pro futuro quam pro praeterito.

Quibus salvis omni casu respectu illorum ex dictis datiis in quibus comperitur Fiscus jus non habere dictas communitates teneri et cogendas esse ad solutionem Annatarum cum quadruplo:

Nec relevat asserta repugnantia allegata ex adverso, immo concordantia dare detegitur quoniam possessiones Fisci primo tendunt ad

datia, et alia ut supra, ex eo maxime quando ex adversario possideatur, seu melius usurpetur absque titulo legittimo, et exinde subordinate ubi Fiscus in eis seu parte eorum non habeat jus ex eo quod Adversantes habeant concessiones validas, tunc praetendant Annatae, et sic nulla consideratio incompatibilitas.

Respectu assertarum ordinationum Magistratuum illae non obstant, quia non tangunt hoc negotium, et in eis non tractabatur de quibus nunc controvertitur, nec in altera ex illis Fiscus intervenit, et in ea qua dicitur Fiscum fuisse non precesserunt legitimae citationes, et deffensiones pro Fisco, nec deducta fuerunt ea, quae nunc deducuntur nec ad praesentem causam relevat, ultra quod ex noviter deductis potest retractari, et Fisco laeso, et succurrendum est per benefitium restitutionis in integrum, nec assertae fides Cavesanae facinnt ad rem quia sic Adversantes teuebantur solvere annatam non relevat quod inscripti non fuerunt pro debitoribus.

Ex quibus, et aliis dicente fieri, et ordinari ad favorem Phisci pro ut alius et ut supra dictum fuit, e subordinate, ac aliaque etc. et medio, seu ope cujuscumque restitutionis in integrum, et non tantum modo, seu modis ut supra, sed alia etc. —

Et visis omnibus aliis videndis, et consideratis considerandis, reque in praefato Ill. Magistratu tractata et discussa ad praesentiam Regii Fisci, Bossii notificantis, ac Ulderici procuratoris Domus Ossulae, et ejus jurisdictioni; et postremo loco visa relatione citationis Regiis Fiscalibus et notificanti transmissae ad videndum fieri praesentem ordinationem omnibus modo etc.

Ordinavit, et ordinat, declaravitque et declarat praefatos Reos convenutos absolvendos esse et absolvi debere pro ut ex nunc absolvimus ab omnibus per Regium Fiscum, et dictum notificantem contra eos petitis ut supra, salvo et conservato jure providendi circa redditum quem ipsi Rei conventi percipiunt ex Notaria ipsius jurisdictionis, illum scilicet moderandi, vel tollendi si ita e Republica erit.

Et salvo jure praefato Ill. Magistratui declarandi respectu solutionis Annatae pro ut juris fuerit ipsius Notariae. Signat. etc.

Ita est in actis etc.

Subscriptus Joseph. Crassus Regiae Camerae Notarius etc.

Et sigillat. etc.

Digitized by Google

DOCUMENTO N.° 7.

Ordine del Governatore del Ducato al Pretore di Domo perchè faccia restituire il denaro indebitamente riscosso per causa di Milizie; in data 11 Novembre 1616. (Copia autentica esiste nell'Archivio del Comune di Malesco).

Philippus III Dei gratia Hispaniarum etc. Rex,
et Mediolani Dux II.

Don Sanchio de Luna e Rosas Castillano di Milano del Consiglio secreto di S. M., e Governatore di questo Stato in absenza dell'Ecc.mo Sig. Don Pedro de Toledo etc.

Egregie dilecte nobis. Per la lettera che avete scritto, e per il Memoriale annesso della Valle di Vigezzo si sono intesi li molti disordini seguiti in materia della Milizia in cotesta giurisditione, et particolarmente a danno delle Comunità, che sono state astrette a promettere, e pagar denari ai Capitani, Offiziali, e Soldati di Milizia, obbligandosi eziandio per istromento acciochè andassero a servire, et aggradendo la diligenza vostra, e la cura che avete tenuto di avvisare e non convenendo admettere questi inconvenienti vi ordiniamo che pigliate informazione delle terre, che sono state astrette a dare, e promettere denari a detti Offiziali, o soldati, ed altri escossi seguiti in questa materia, e poichè non sono usciti, vedrete quello che si è fatto delli denari riscossi, ed in poter di chi si trovano, e li farete restituire alle Comunità, provedendo insieme che non sieno più gravate di queste, et simili spese nell'avvenire, e nascendo alcuna difficoltà ne farete relazione col parere vostro, che tale è la mente nostra di parere anco del Consiglio secreto. Di Milano addì 18 di Novembre 1616.

Signat Don Sanchio de Luna y de Rosas.

Vidit Saluzar. Augusto Proveria

A tergo — Egregio Juris consulto Praetori Domus Ossulae nobis dilecto

DOCUMENTO N.° 8.

Capitoli probatorii che la Valle Vigezzo siccome membro della Curia di Matarella gode del privilegio di usare sal bianco, od altro qualunque senz'obbligo di valersi di quello delle Regie Gabelle: in data 1601. 17 *Giugno* (Copia autentica dei medesimi è posseduta dall' Autore).

Reperitur in filo actuum Civilium Offitii Domini Praetoris Cannobii rogat. per me notarium infrascriptum sic fore scriptum, ut infra videlicet.

Expedit Universitati, et hominibus Vallis Vigletii examinare facere super oclusis Capitulis nonnullos testes in Jurisdictione D. V. degentes. Ideo placeat D. V. in subsidium juris eos statim examinare facere, et postea quam primum eorum depositiones ad nos transmittere, ut Jus, et Justitiam ipsis ministrare valeamus, offerentes nos quoque in similibus, et majoribus pro D. V., cui nos comendatos facimus. Dat. Sanctae Mariae Vigletii vigesimo quinto Julii millesimi sexcentesimi primi. Subscriptus: Febus Bellacabba Praetor Vigletii, et sigillata: a tergo: Illustri Domini Praetori Cannobij.

Millesimo sexcentesimo primo die lunae vigesimo quinto mensis Junii invesperis.

Et posterius ad docendum, et determinandum, et demonstrandum ex abundante de juribus ipsius Universitatis, et hominum Vallis Vigletii, et alias ad omnem bonum finem, et effectum praefati Sindaci, et Procuratores nominibus quibus supra exhiberunt, et exhibent infrascripta Capitula probatoria, quae probare intendunt citra tamen onus superflua probationis, et cum protestatione, et citra praejudicium etc.

Et primo quidem probare intendunt, et volunt sicuti veritas fuit, et est, ac se habuit, et habet quod Communitates, et homines Vallis Vigletii non solum ab annis Quadraginta, Quinquaginta, Sexaginta, et Septuaginta, verum est a tanto tempore citra quod hominum memoria non fuit, nec est in contrarium nunquam usi facere Sale rubeo de Gabellis Ducalibus, et Regijs sed semper fuerunt et sunt in quieta, et pacifica possessione, vel quasi ad libitum emendi, conducendi, extrahendi, et portandi, ac extrahere, et portare faciendi omnem

salis albi quantitatem, a quolibet loco, et in specie a Burgis Locarni, et Cannobij ad istam Vallem Vigletii, et eo ad libitum utendi nemino contradicente quinimo scientibus, et patientibus non solum Regiis Offitialibus, et Ill.tri Magistratu ordinariorum redituum verum etiam Illustrissimis pro tempore Gubernatoribus Stat. Mediolani praedicti coram quibus Jura dictorum Vigletiensium deducta fuere a quibus ipsis Vigletienses semper ut supra ab onere Sal percipiendi ex Gabellis Regiis, liberi, immunes, et exempti praeservati fuere nec unquam visum, et auditum fuit quod Sal e dictis Gabellis Regijs perceperint et percipere coacti fuerint et semper communis opinio ac fama publica fuit, et etiam quod non est memoria hominum in contrarium et pro ut latius et melius per Testes examinandos dicetur rationibus et caussis per ipos allegandis etc.

Item quod Vallis Vigletii licet sit infeudata Comitibus Borromeis fuit, et est Membrum Curiae Mattarellae, et eisdem statutibus utitur ac ejsdem gaudet privilegiis, benefitiis et favoribus in omnibus, et per omnia quibus gaudet Curia praedicta Mattarella quae in specie est exempta a dicto onere Sal percipiendi a dictis Gabellis Regiis et est in libertate seu quasi possessione extero sale utendi ut supra et pro ut constiterit.

Item quod praedicta omnia, et singula fuerunt et sunt notoria et publica et de praedictis omnibus fuit, et est non solum in Valle Vigletii, sed Locarni, Cannobij et alibi in locis circumvicinis.

Exhibita fuere suprascripta Capitula coram Jure Consulto Domino Phebo Bellacabba Praetore Vallis Vigletii et in hac parte uti Delegato ab Ill.mo Magistratu Ordinariorum redituum Status Mediolani per Polidorum de Magistris Sindicum et Procuratorem Comunitatis, et hominum dictae Vallis Vigletii tam suo quam etiam nomini Hieronimi Balconi pariter dictae Vallis Sindici per Sindicatum in eos factum et rogatum per Joan: Angelum Balconum Notarium pubblicum dictae Vallis sub die, et anno in eo contentis, in actis exhibitis ad quod etc. petentem praefata Capitula admitti et ad effectum ut inter eos testes examinari possint qui in Jurisdictione Locarni, et Cannobij degunt quibus citra omnem calumniam dolum, et animum propellandi litem, indigere dixit et Jure, jurando in manibus dicti Domini Praetoris praestito affirmant in omnibus, et per omnia juxta dispositionem Novarum Constitutionum petentem dari literas subsi-

diales ad Comissarium Locarni, et ad Praetorem Cannobij cum transmissione dictorum Capitulorum quibus previis. ibi in termino ipsis Vigletientibns ab Ill.mo Magistratu statuto examinari possint Testes qui sunt infrascripti etc.

Jo. Bap.ta f. q. Antonii Gallarini.

Franciscus q Jo. Michaelis Romerij.

Julius filius qm. Jo. Petri Lunati.

Joseph Reschinus f. Bernardini de Cannobio.

Qui Praefatus Dominus Praetor et in hac parte Dellegatus ut supra sedens etc. praefata Capitula admisit si et in quantum, salvo Jure inpertinentium, et non admittendorum et attento juramento calumniae per praefatum Sindicum formiter et juxta dispositionem Novarum Constitutionum praestito mandavit et ordinavit dandas esse literas subsidiales ad dictos Dominos Judices Locarni et Cannobij pro examine dictorum testium in eorum Jurisdictionibus respective ut supra degentium ne veritas alias depereat, et alias ad omnem bonum finem, et effectum et citra frandem et alias omni meliori modo etc.

Signat. Bellacabba Praetor, et subscripta Jo. Angelus Balconus Not.

Millesimo sexcentesimo primo die Mercurii vigesima septima mensis Junii in Burgo Cannobij et coram Domino Jo Andrea Pintio Jure C° Praetori burgi, et ejus Jurisditionis sedens etc. Comparet Hyeronimus Balchonus de Santa Maria Vallis Vigletii Sindicus, et Procurator Consulum et hominum Universitatis dictae Vallis per Instrumentum ipsius Sind. et procurae rogatum per Jo Angelum Balchonum Notarium dictae Vallis anno et die pro ut in eo et ad quod etc. ibidemque produxit litteras subsidiales Domini Praetoris recitatae Vallis cum Capitulis in eis insertis et super quibus sequentes testes producere intendit in causa pro ut in dictis litteris et Capitulis petitque pro executione dictarum litterarum subsidialium testes in Capitulis insertis recipi et servatis servandis examinari ut Jus et justitiam suam in praemissis sortiatur effectum et alias ad omnem bonum finem et pro ut melius de Jure etc.

Et haec omnia in termino statuto dierum viginti dictis ejus principalib. ab Ill.mo Magistratu reddituum ordinariorum status Mediolani vigore edicti ad ejus instantiam pubblicati indicta Valle Vigletii etc. pro ut ex actio etc. et ad quae etc. et praedicta retificat etc. salvo Jure etc.

Anno infrascripto millesimo sexcentesimo primo die Mercurij Vigesimo septimo mensis Junii.

Coram praefato Domino Jo. Andrea Pintio Praetore Cannobij et plebis etc. et in Cancellaria ejus Domus residentiae etc.

Baptista Gallerinus f. q. Jo. Antonii habitator Cannobij testis productus per praefatum Hieronimum Balconum Sindicum, et Procuratorem Consulum, et hominum Universitatis dictae Vallis ut supra citatus per Joannem Fontanierium servitorem ut retulit etc. monitus etc. juratus Interrogatus. Quid sit de contentis in primo Capitulo dictorum Capitulorum.

Respondit. Io son di età d'anni sessantacinque in circa così dico non haver mai visto, nè haver mai inteso che li huomini di Valvigezzo habbiano usato del Sal rosso della Gabella Regia, et Ducale, ma ho ben visto che hanno usato sempre sin qni et son soliti usare, comprare et far portare il Sal bianco da detta Valle di Vigezzo facendola condurre dalli Borghi di Locarno, et dal presente di Cannobio a detta Valle di Vigezzo tanto, et qnanto li parova senza contradittiono d'alcuna persona anzi vedendo et comportando quando la pigliavano quà a Cannobio li Commissarij che sono deputati dall' Ill.re Magistrato et io so le sudette cose perchè ho visto in Locarno infinite volte delle persone di Vigezzo a comprare tal Sal bianco per condurlo in some a cavallo in Vigezzo et anco a portarne alle spalle delle persone nelli sacchi ch' io conosceva, et sapeva che erano di Vigezzo et ho anco visto qua in Cannobio mentre si fa la Gabella del Sal bianco infinite volte delle persone, cioè delli huomini et donne di Vigezzo a comprare di tal sal bianco et condurlo a cavallo in detta Valle di Vigezzo sendovi presenti li Commissarij Regij depntati dall' Ill.ro Magistrato ordinario di Milano qnali vedevano et acconsentivano a ciò anzi accompagnavano, o facevano accompagnare dai suoi fanti tal sale sino alli confinii di Vigezzo et non contradicevano in cosa alcuna la qual Gabella fù incominciata a farsi a nome di Gio. Angelo Cojro et sono più di anni quaranta che nel tempo che si è esercita tal Gabella ho visto come infra Et è anco vero che dai miei maggiori ho sempre inteso ciò dal mio Padre et d'altri Vecchj che detta Valle di Vigezzo non dispensava sal rosso, ma si ben sal bianco nè mai ho inteso che abbia dispensato sal rosso di Gabella Regia però havendo facoltà di dispensare il Sal bianco et sono stato infinite volte in detta Valle

Vigezzo et ho visto che consumano, et dispensano se non sal bianco nè credo che vi sia memoria di persona in contrario nè io ho visto nè sentito mai a dire al contrario, anzi ho visto, olduto, et sentito come infra.

Interrogatus super Capitulo vocis et fama etc. omisso secundo de voluntate producentis etc.

Respondit: ciò si dice anche per pubblica voce et fama et è notorio nella Valle di Vigezzo, di Cannobio, et di Locarno et anco altrove nelli Locbi circonvicini.

Et praedicta scire dixit caussis scientiae

Super generalibus factis debitis interrogationibus

Recte respondit aetatis est annorum sexaginta quinque, ut supra recordatur de bona memoria de annis quinquaginta quinque vel circa, habet in bonis valorem scutorum sex mille

Die supra scripto coram ut supra

Franciscus Romerina filius qm. Joan. Michaelis habit. Cannobij testis productus ut supra cittatus et juratus ut supra

Interrogatus super contentis in dicto primo Capitulo ei lecto etc.

Respondit. Io sono informato che la Valle di Vigezzo sudetta cioè li huomini di essa non hanno mai a mio sapere usato, nè comprato del Sale della Gabella Regia Ducale sudetta ma si ben a mio ricordare che hora hora ho anni settanta sempre hanno comprato et condotto et usato del Sal bianco quale son venuti, e vengono a tore nel presente borgo di Cannobio mentre si fa la Gabella in esso borgo, che sono anni quaranta in circa, et anco dinanzi che si piantasse qua la Gabella di refinar el Sal bianco per molti anni che era qua e on Gio. Steffano Gabbio quale teneva fondico di Salina bianca nella Casa hora delli Dumini nel presente borgo di Cannobio et ne dava di tal sale in grosso alle persone di Vigezzo che venivano qua a torla sendovi presente et vedendo et non contradicendo il Commissario del Magistrato, qual credo fosso uno delli Gabellieri di Arona et dipoi piantata la fabbrica della Gabella sudetta del Gio. Angelo Cojro sempre essendosi detta Gabella quelli di Vigezzo sono venuti et vengono a tore el Sal bianco qua in Cannobio alla presenza delli Commissarj Rogij deputati dall'Ill. Magistrato quali non hanno mai contradetto anci hanno accompagnato fuori delli confinij di Cannobio nè a mia memoria detti di Vigozzo hanno mai dispensato sin al presente Sal

di Gabella Regia, cioè tolto a tal Gabella Regia ch'io sappia et così ho anco sentito a dire sempre da miei maggiori quali dicevano anco ciò haverlo inteso da soi Maggiori nè io ho visto nè ho inteso cosa alcuna in contrario nè penso vi sia memoria d'homini in contrario et le sudette cose io le so perchè ho visto infinite volte nelli detti tempi delli homini et donne di Val-vigezzo a comprare detto Sal bianco et condurlo anco a cavallo per il più in detta Valvigezzo et ho visto in detta Valle a usare et dispensare solo del detto Sale bianco et come sopra.

Super secundo capitulo ei lecto etc.

Respondit. Io ho sentito a diro certo che detta Vallo Vigezzo è esente dalli carichi et può usare del Sal bianco sendo membro di Corto Mattarella.

Super tertio Capitulo

Interrogatus etc.

Respondit. Signor si che le predette coso che ho deposte sono notorie et pubblicho qua in Cannobio et nelle torre circonvicine.

Et praedicta scire dixit causis scientis et quia est informatus ut supra.

Super generalibus recte.

Respondit. salvo quod habet bona immobilia in Valle Viglietii cum ejus majoribns fuerint oriundi dictae Vallis et habet affines multos in dicta Valle non tamen etc. aetatis annorum septuaginta ut supra habet in bonis valorem scntorum Quattuor mille recordatur de bona memoria de annis sexaginta.

Die suprascripta coram nt supra

Joseph Reschinia filius qm. Bernardi de Cannobio testes productns ut supra citatns et juratus ut supra.

Interrogatns snper primo Capitnlo eidem lecto etc.

Respondit. Io sono informato di questo che dopo che si fabbrica el sal bianco nella Gabella qua di Cannobio ho sempre visto delle persone di Vigezzo a venir a comprare Sale bianco di detta Gabella et caricarlo sopra cavalli et alle donne et condurlo verso Vigezzo accompagnandola li Commissarj quali vedevano a comprare tal Sale et acconsentivano et non contradicevano et ho anco visto che ne hanno detti Vigezzi comprato in Locarno et condutto verso Vigezzo et ho sempre sentito a dire che dispensavano se non Sal bianco et ciò l'ho

inteso, e sentuto a dire molte volte del resto del contenuto in detto Capitulo io non so altro.

Super tertio Capitulo omisso secundo de voluntate producentis.

Respondit di quello che ho deposto io come sopra è cosa notoria et publica in Cannobio et Locarno et altre parti circonviciue.

Et praedicta scire dixit causis scientis.

Super generalibus factis debitis interrogationibus etc.

Recte respondit aetatis annorum sexaginta vel circa recordatur de bona memoria de annis quinquaginta habet in bonis valorem scutorum trium mille vel circa.

Die suprascripta coram ut supra.

Julius Lunatus filius q. m. Joannis Petri de Cannobio testis productus ut supra citatus, et juratus ut supra.

Interrogatus super contentis in primo Capitulo eidem lecto etc.

Respondit. Io sono stato Commissario Regio Deputato dall'Ill.e Magistrato per tre o quattro anni a ricevere el sale che entrava et notare quel che usciva et così dico che in quel tempo li homini di Vigezzo conforme al loro solito venevano a levar del Sal bianco con cavalli et persone in questo Borgo et tal Sale era poi accompagnato da Gio. Steffano Gabio Commissario dell'Ill. Magistrato sino alli confini nè se li faceva alcuna oppositione nè contraditione in darli tal Sal bianco sendo così il solito et così i Vigessi mai cercavano Sal rosso et è vero anco che doppo per tre altri anni in sono stato agente del Lamagna che faceva fabricare tal Salina qua in Cannobio li sudetti di Vigezzo venevano a comprare del Sal bianco quando li pareva et tanto quanto ne volevano alla presenza delli Commissarj deputati dall'Ill. Magistrato quali non contradicevano anci accompagnavano tal sale fuori della Giurisditione di Cannobio nè mai si dissero che avessero pigliato Sal rosso et sempre ho sentito a diro che essi Vigezzini non sono obbligati a pigliar Sal rosso di Gabella Regia ma son soliti a comprare condurre in detta Valle et usare del Sal bianco così ho visto sempre nel tempo che si esercita detta Gabella et avanti anco nel tempo che vendeva sal bianco qua Gio. Steffano Gabio cho sono da anni circa cinquanta li sudetti homini di Vigezzo et delle donne anco a comprare sempre di Sal bianco et condurlo a Vigezzo nel modo et forma come sopra non sò però se al tempo del detto Gabio fossero accompagnati sino alli confini, nè so nè ho mai inteso che detti

Vigezzini abbiano mai usato d'altro Sale che sal bianco, anci ho inteso da miei maggiori che essi Vigezzini havevano tal privilegio per essere membro della Corte Mattarella, et che perciò erano esenti dall'obbligo di usare Sal rosso di Gabella Regia nè ho mai inteso nè so che vi sia memoria d'homini in contrario abbenchè abbia anni settanta et mi ricorda di buona memoria de anni cinquanta et più et io più volte sono stato in detta Valle Vigezzo et non ho mai visto a dispensare sal rosso di Gabella Regia ma bianco.

Et praedicta scire dixit causis suprascriptis et quia est informatus ut supra.

Super Capitulo ultimo

Interrogatus etc.

Respondit di quello che ho deposto io è notorio et publico in Cannobbio et qua vicino.

Super Generalibus recte respondit aetatis est annorum septuaginta ut supra habet in bonis valorem scutorum duorum mille vel circa.

Jo. Petrus Hom. Imperialis publicus et Actuarius praedicti Domini Praetoris Cannobii pro fide Supscrip.

DOCUMENTO N.° 9.

Atti relativi al privilegio di valersi del Sale proveniente da qualunque siasi estero luogo, e dichiarazione Magistrale favorevole agli Ossolani in proposito: in data 27 Agosto 1625. (Dall'esemplare a stampa).

Millesimo sexcentesimo vigesimo quinto die vigesimo septimo Augusti.

Essendosi riferto nell'Illust. Magistrato Ordinario del Stato di Milano, il Memoriale delli Agenti della Valle d'Ossola, il quale per esecutione di decreto del prefato Illustre Magistrato de 12 Marzo 1602 fu intimato al Fermero del Sale di quel tempo, insieme con la risposta fattagli dal detto all'hora Fermoro, replica, e contrareplica d'ambo esso parti, che sono dell'infrascritto tenore.

Molto Illustre Tribunale.

Notorie, et manifesto sono alle Molto Illustri Signorie vostre le ragioni, che hanno li fidelissimi loro servitori, et di Sua Maestà Catholica, li huomini della Valle d'Ossola, di poter per uso loro, e de be-

